דִקְדּוּק

לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ

GRAMMATICA

Linguæ Sanctę


EX OPTIMIS QVIBVSque Authoribus, hebræis et latinis, Collecta & concinnata:

A

M. ELIA SCHADÆO,
Ecclesiaste & Professore
Argentoratensi.



ARGENTORATI
Excusa, opera Iodoci Martini, Typis & Impensis Autoris. Anno M. D. XCI.



VOTVM AVTHORIS AD DEVM.

עֱזוֹר נָא אֵלִי אַדִּיר וְעַיִן לִבִּי הָאִיר
בְּסִפְרֵי אֻמְנָם עִבְרִי לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ צוּרִי
וְיִכּוֹן יָד עִם עֵטָיו בְּדָבָר לֹא יֶחֱטָא
כְּמוֹ מַקֵּל הַשָּׁקֵד דְּבַר פִּיךָ כֵּן שׁוֹקֵד :

Fer Deus auxiliũ, rege cor, mentemq;
guberna:
Sanctã nã lingua, pectora tincta gero.
Dirige, ne peccet, vel lingua, manusve
stylusve:
Floreat vt Schaked, sic quoq; Sermo
tuus.

M. GEORGII VVEIGANmeieri, in laudem Linguæ S. & Libri huius Authorem Tetrastichon.

לָמָּה הוֹלְלָה בַּת יָוָן וַתֵּשֶׁב כֵּן בְּיָוֵן
אַף רוֹמָה מִמָּרוֹם תֵּרֵד לָהּ כִּי אֵין אִישׁ יְאַיֵּן
אֶל מַעְיַן צִיּוֹן יַעַרְגוּ לִשְׁאֹב מַיִם בְּמִזְרָח
מֵאֵל בּוֹדֵי שַׁדַּי זֹאת הָיְתָה יִפְרַח כְּאֶזְרָח:

HENR.

HENRICVS FABRICIVS
Medicinæ D. in Authoris labores & operas hebraicas.

Quî fit, vt Hebrȩæ studiū laudabile linguȩ
Tam raris toto floreat Orbe locis?
An quia Gens odio est, contemptaq; postera Iudæ,
Despectū populi fert quoq; Lingua sui?
Sed nil comeruit Sermo: pia Numina magni,
Quæ violat Christi, Gens mala, Lingua bona est.
An quia non aliquem præstat Cultoribus vsum?
Et vulgus Linguas vtilitate probat?
At veteres aperit Vates, sensusq; repostos
Ostendit sacris Fax quasi clara libris.
An quia sunt densis præcepta repleta salebris?
Interpresq; bonȩ, comodus Artis abest?
Verùm his Schadæi pia Musa manusque medentur,
Queis, Hebræa leui nosse labore datur.
Hūc Deus Artificem, nostri decus augeat æui:
Faxit & antiqui sæcula viuat Ebri.

Nobilitate, pie-
TATE, PRVDENTIA, ALIISQVE VIRTVTIBVS ORNAtiss: atque amplissimis

D. D.

QVINDECEMVIRIS
P. Reipub: C.

Dominis & Mecœnatibus suis, omni pietate & studio Honorandis.

Gratiam, pacem & benedictionem, à DEO Patre, per Ihesum Christum Dominum & Saluatorem nostrum, Amen.

Magnus

MAgnus ille Erasmus Roterodamus, *primus hoc sæculo, Literaturæ politioris restaurator, & Autorum ac morum censor acutißimus, cum à Proceribus huius vrbis & viris literatis honorificè ac humaniter exceptus atq; tractatus fuisset: gratitudinem suam nō tantùm verbis coràm, sed literis etiam absens, ad Iacobum VVimpfelingium & societatem literatam Basilea mißis, declarauit.* Nam *non tantùm Procerum & literatorum singulorum virtutes in illis commendat, sed ipsam quoq; vrbem, Græciæ & Italiæ laudatißimas superare scribit, & iam olim nobilem ac celebrem fuiße inde probat, quòd D. Hieronymus (toto orbe Christiano ante annos* 1200.*clarus) Bethlehemi in natali Seruatoris Christi solo habitās, eius mentionem fecerit, in Epistola ad Age-*

ruchiam viduã, in qua euersionem eius à Barbaris, (Hunnis nimirum Duce Attila) factam non sine testificatione doloris commemorat. Quid si nunc (inquit Erasmus) eandem conspiceret? an non illi nomen commutaret, proq; ARGENTORATO AVRATAM appellaret? Hæc ille ante annos 77 sub initium gliscentis reformationis Linguarum, Artium & Religionis de hac vrbe sensit. Quid putamus, vterq;, & Hieronymus & Erasmus facturi essent, si hoc nostro tempore ad nos ipsis reuerti concederetur, & vrbem, Ecclesiam & Scholam perlustrare contingeret: non certè AVRATAM, sed terq; quaterq; BEATAM appellandam & prædicandam censerent. In horum quoq; sententiam ituri essent incomparabiles illi viri, primi Ecclesiæ refor-

mandæ & Scholæ instituendæ consul- tores, D.V. Fabricius Capito, & Mar- tinus Bucerus. Quo enim in Rempub. animo fuerint affecti, quid suis consilijs, vigilijs & laboribus præstiterint, quã- que de ea spem conceperint, monumen- ta ipsorum præclara & experientia te- stantur. Et de Scholæ Ecclesiæ semi- narij, institutione, Capito in Præfatione quadam ad Clariß: virum Huldericum Varnbulerum Regimenti Imperialis cancellarium Anno 1525 *sic scribit: Magistratus noster inquit, hîc medita- tur Collegia trilinguia, & bonarum Li- terarum atque Eloquentiæ studia in- stituere : quòd experientia didicerit, quemadmodum quotidie nos monemus, inscitiam eße pestem peßimam Rei- pub: matremq; superstitionis iuxta ac Tyrannidis. Et post pauca: Quanta*

posteritas gratitudine nostrum Magistratum prosequetur? qui nobis commodè admonentibus aurem præbuit, & Eloquentiæ Scholas pias, iuxta ac literatas instituere grauiter pergit. Atqui fœlicem illum diem, quo videre dabitur pubem Argentinensem literis probis atque eruditione erudiri. Et post alia, hæc subijcit. Quid igitur superest, quàm vt pijs ac hōestis Doctrinis partam tueamur salutem? Cuius bona pars à cognitione Linguarum depēdet, quas hîc quantum satis est, auspice IESV, excolemus, semper optima perinde ac probissima teneris animis proposituri. Hæc Capito ille pietate & eruditione magnus. Horum excellentium virorum testimonia & Iudicia recensere volui: cùm, vt meam quoq; erga eos qui & honestè de hac vrbe senserunt & benè

benè de ea meriti ſunt, grati animi ſignificationem ædam: tum vt bona illa præclara verèq; diuina, ipſorum conſilio & opera vel inchoata, vel iudicio approbata vel Spiritu præuiſa, gratis animis agnoſcamus, meq; ipſum & alios exuſcitem: vt quiſq; pro ſua & vocatione & diuinitus ſibi collato bono, Spartam hanc noſtram iam olim nobilem, ab anteceſſoribus celebrem factam & à præſentibus Proceribus celebriorem redditam, ornare, & ornatiorem ad poſteros diuina gratia tranſmittere ſatagamus. Et quantum in me quidem eſt, non modò concionibus & lectionibus ſacris & precibus ad Deum aſſiduis id facere ſtudui: ſed cum animaduerterem, Linguam Sanctam, (quæ cæterarum omnium mater eſt, et prima ex tribus, quibus crux Chriſti inſignita fuit,

quæq; Religionis fons est & custos) non eo, quo parentum memoria, studio coli, sæpè fatum eius miseratus, de remedio eius rei cogitaui. Quia verò animaduerterã, vt superiori ætate librorũ optimorum copia plurimum adiumenti attulerat, ita eorundem hoc tempore inopiam, multis impedimento esse, nonnullos etiam varietate præceptorum, & libris vel mendis scatentibus, vel obtusis characteribus impreßis absterritos, & dictationem cùm docentibus, tùm discentibus molestam fuisse: non modo Grammaticam ex optimis quibusq; atq; probatißimis Authoribus collegi & concinnaui: sed etiam Typographiam hebræam, quã nostra Schola destituta fuerat, quamq; docti desyderarunt, non sine Numinis diuini instinctu, exemplo quorundam Doctorum, instituere & parare cœpi. Inprimis verò

rò

rò exemplum, rudera & monumenta quædam Typographica & literaria insignis viri Pauli Fagij me mouerunt, & calcar mihi addiderunt: vt licet ſcirem, operam & ſumptus ipſum in eà reſtauranda in hac Vrbe (ſiquidem in imperitum artificem inciderat) perdidiſſe, vt ipſemet in literis ad amicum conqueritur: tamen implorato diuino auxilio opus in manus ipſe ſumpſi, & ſubciſiuis, diurnis atq; nocturnis horis, intra biennium, ingenio, manibus & ære Archetypos hebræos (ſiue mares, vulgus Ponzellos appellat, et ex iiſdẽ Meſotypos ſiue fœmellas, vulgò Matrices vocant, in quib⁹ typi demũ impreſſorij formãtur) quantitate & forma differentes paraui, & additamenti quoque loco, eius agnatos, Syriacos in orbe Christiano raros, atque Arabicos multo tempore à multis doctiſsimis ſæpe deſyderatos fabrefeci, eoque rem diuina gratia

perduxi: vt si fauor & subsidium mediocre accedat: temporis progreßu, ex ea tanquã Equo Troiano, non modò quæ ad iuuandum, sed etiam exornandum linguæ Sanctæ agnatarumq; studium, magno cũ vrbis & Scholæ nostræ atq; Reipub: totius Christianæ honore & vtilitate, seruiant, prodire poßint. Cuius rei præter Protopira cartacea, hæc quã excudimus & in lucẽ mittimus Grammatica, documentum eße poteſt.

Vobis autem, viri nobilitate, pietate prudentia alijsq; virtutibus ornatißimi, Domini Quindecemviri, Patres R. C. Proceres & Mecænates omni pietate & ſtudio honorandi, has mei conatus & induſtriæ primitias, & cum his totam futuram huius linguæ Sanctæ meſſem ſub veſtroq; nomine amplißimo, Reipub: alteri & potiori meæ Patriæ

in perpetuum grati animi testimonium consecro & offero. Nam me ante annos 28. adolescentem pauperem & rudem, pietatis tamen & literarum amantem suscepit, fouit, imbuit, municipem fecit, & locum honestum in Ecclesia & Schola mihi tribuit: vt iure si quid est in me studij aut industriæ, totum sibi vendicare videatur. Quod si, vt spero, V. quoq; A. vt alijs multis pijs & literatis, hanc qualemcunq; meam operam gratam esse intellexero: currenti mihi calcar addetur, vt quicquid in me vitæ, virium & industriæ reliquum fuerit, totum ad Nominis diuini laudem, Ecclesiæ Christianæ ædificationem, Scholæ vtilitatem & Reipub: decus atque honorē cōferam. Quod superest, V. A. totam Rempublicam, Ecclesiam & Scholam & verbis & votis

commendo Domino & Seruatori nostro IHESV CHRISTO, qui iuxta Symbolum Galeæ summæ Turris ad quatuor Mundi plagas incisum, REGNAT, IMPERAT, VINCIT, TRIVMPHAT. Quem Iesaias cap. 33 verbis & Rhytmis elegãtissimis hoc elogio, eodem recidens, ornat: inquiẽs.

יְהוָה שׁוֹפְטֵנוּ יְהוָה מְחוֹקְקֵנוּ
יְהוָה מַלְכֵּנוּ הוּא יוֹשִׁיעֵנוּ׃

Est DOMINVS IVDEX *noster, nosterq;*
MAGISTER:
Est DOMINVS, *noster quoq;* REX, *ideq;*
BEATOR.

Cui cum Patre & Spiritu Sancto, sit laus honor & gloria in omne æuum, Amen ואמן.



ELENCHVS RERVM PRAE-
cipuarum huius Grammaticæ.

Para

Grammaticæ

HOC EST ARTIS BENE loquendi & scribendi, partes sunt quatuor, Orthographia, Prosodia Etymologia, & Syntaxis.

DE ORTHOGRAPHIA.

Ad hanc ipsa Scriptura pertinet, quæ Literis, Punctis vocalibus, & Accidentibus quibusdam constat.

¶ *Scriptura duplex est: Maior & Minor. Maior* אַשּׁוּרִית *Assiriaca*, מְרוּבַּעַת Merubáath *quadrata*, et קְדוֹשָׁה *kedoschàh* Sancta *appellatur: quòd ad Libros Sacros exarandos potissimum adhibeatur. Altera* משקיט *Maschket à Iudæis ignoto ipsis vocabulo appellatur*, & כְּתָב עָגוֹל *Scriptura rotunda, differentiæ ergò.*

Huius vsus est, in commentarijs, epistolis, alijsq; profanis rebus consignandis: Latini expeditam & currentem nuncupare talem solent.

LITERARVM ORDO, FORMÆ, Nomina, & Potestates ex subiecta Tabella cognoscuntur.

Aleph	אָלֶף	a	א
Beth	בֵּית	b, f	ב
Gimel	גִּימֶל	g	ג
Daleth	דָּלֶת	d	ד
He	הֵא	h	ה
Vau	וָיו	f, v	ו
Zain	זַיִן	ſz	ז
Hbeth	חֵית	hh	ח
Teth	טֵית	t	ט
Iod	יוֹד	i	י
Caph	כַּף	c	כ ך
Lamed	לָמֶד	l	ל
Mem	מֵם	m	מ ם
Nun	נוּן	n	נ ן
Samech	סָמֶךְ	s	ס
Ajin	עַיִן	gn à	ע
Pe	פֵּא	ph p	פ ף
Tzade	צָדֵי	tz	צ ץ
Koph	קוֹף	k q	ק
Resch	רֵישׁ	r	ר
Schin	שִׁין	ſch	שׁ
Tau	תָּיו	th	ת

¶ *In Forma notãdum: quòd pro diuersitate Regionum & Nationum nonnihil varietur. Hæc qua hòc in Libro vtimur, Orientalis est & vsitatißima: Quæ sequitur, Occidentalior est et Germanis Iudæis familiaris.*

אבגדהוזחטיכלמנסעפצ

קרשת *Finales:* ךףץןם:

Præterea ſciendum has quinq́, כמנצפ in fine dictionum, ſic formari, ךםןףץ

Ornatus & neceßitatis gratia, 5 literæ ſic diducuntur, אהלםת

¶ *Sequuntur duo exempla Maſchetæ.*

ﭏבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת םןץףך:

ﭏב גד הו זחטיכלמ נ סעפ צקר שת םןץףך:

¶ *In Poteſtate notandum,* א *pro varietate Punctorum ſignificare,* a, e, i, o, u, y *veró vt* א *ſtrangulatum pronuntiari.* ה *lenis eſt aſpiratio: vt* h, כ *fortißima, vt* ch: ח *veró mediũ inter vtrũq́ tenet.* ס s *lene eſt, ſicut &* שׂ *cum puncto in cornu ſiniſtro:* ז s *acutũ eſt & ſtridens:* שׁ *verò pũctatũ cornu dextro ſonat* ſch: צ *ſonat* tſ *vel* z : ת *absq́ puncto á Germanis Iudæis per* s *blæſum ꝓnunciatur.*

DE PVNCTIS.

Puncta vocalia 14. *ſunt, & in longa, breuia, & breuißima diſtinguuntur.*

Breuia.	Longa.
Patach פַּתַּח אַ	*Kametz* קָמֵץ אָ
A *clarum.*	A *craßum.*
Sægol סֶגּוֹל אֶ	*Zere* צֵרֵי אֵ
E *mixtum.*	E *clarum.*
חִירִיק קָטוֹן אִ	חִירִיק גָּדוֹל אִי
I *hirec paruum.*	I *Hirec magnum.*
קָמֵץ חָטֵף אָ	*Holem* חוֹלֶם אוֹ
O *Camez raptum*	O *punctum supra liter.*
Kybbuz קִבּוּץ אֻ	*Schurec* שׁוּרֶק וּ
V *Gallicum.*	V *plenum.*

Breuiſsimum eſt אְ Scheua, quòd tamẽ quidam potius punctorũ miniſtrum, quàm punctũ appellãdum cenſent: propterea quòd cùm alijs componitur, & ſolitarium ſæpè quieſcit.

Componitur autẽ cum ָ, ַ & ֶ in hunc modum, ֳ, ֲ, ֱ & tunc mutato nomine *Hateph camez*, *Hatephpatha*,

tephpathah, Hateph Sægol appellatur. Et nòtandum quòd hæc composita pronunciationem simplicium retineant,& plerumq; sub literis gutturalibus collocentur.

Horum simplex, *Scheua* nimirum, interdum quiescit, interdum verò mouetur vel rapitur, hoc est legitur motu celeri, vt e breuissimum.

Legitur 1. ab initio dictionis, vt פְּקוֹד *Pekod* 2. Post punctũ longum, quod accentu grammatico seu acutitono caret, vt פָּקְדוּ *pakedu*: *alioquin quiescit*, vt אַרְצָה *Arza*, פְּקוֹדְנָה *pekodna*. 3. Sub litera dagessata, vt פִּקְּדוּ *pikkedú*. 4. In medio dictionis, cum duo Scheua concurrunt, prius quiescit, alterum legitur, vt יִפְקְדוּ *Iiphkedu*. In fine n. vtrumq; quiescit, etiã presente Dages, vt קֹשְׁטְ *koscht*

יִשְׁתְּ *ieſcht*: 5. (*Vt quidam volunt*) ſub priore litera geminatarũ, vt הִנְנִי *Hineni* הַלְלוּ *halelu*. 6. (*Vt nonnullis placet*) ante literam gutturalem, vt מַלְאָךְ *maleach* vt litera gutturalis audiatur.

Accidentia literarum.

Accidunt literis, *Dageſch & Rapheh.*

Dageſch punctũ eſt, quod in vmbilico literæ ponitur, & duplex eſt, forte et lene. Forte, in medio, literam duplicat, vt פִּקֵּד *pikked*, דִּבֵּר *dibber*: & in omnibus locum habet præterq̃ in אהחער, Et huius officium eſt, vt ſæpe compleat & indicet defectum literæ Nun *vt ſuo loco dicetur.*

Lene, in principio dictionis, aut poſt Scheua quieſcens, ſex has בגד כפת ita afficit, vt ſonent b g d k p t.

Rapheh

Rapheh eſt virgula tranſuerſa, capiti literarum בגדכפת incumbens; hoc modo בֿ : *quæ tamen quia ex abſentia Dageſch intelligitur, in impreſsis libris hodie omitti ſolet,* efficitq; vt literæ בגדכפת lenius & quaſi cum aſpiratione pronuncientur, vt ב ſicut v, vel f. ג vt gh, ד vt dh, כ ch, פ ph, ת th vel ds vt Iudæi Germani pronunciant.

Diuiſio LITERARVM.

Diſtinguuntur literæ ſecundum organa pronunciationis in quinque claſses, Appellanturque:

1. Gutturis vel gutturales vt אֱהְחַע
2. Palati, vel palatinæ, vt, גִיכַק
3. Linguæ ſeu linguales, vt דַטְלָנַת
4. Dentium ſeu dentales, vt זַסְצַרְשׁ
5. Labiorum ſeu labiales, vt בוּמַף

Gutturalium natura eſt, 1. quòd ra-

ro admittant ſub ſe purum Scheua, ſed compoſitum: & tunc plerumque præcedens litera, ſimplex punctum, compoſiti illius habet, vt כַּאֲשֶׁר *Kaaſcher*, non *keaſcher*.

2. Quòd non admittant Dageſch punctũ, Etſi n. ה in fine dictionis reperitur habere punctum in ventre ſic, הּ: tamen non eſt *Dageſch*, ſed *Mappik*, indicans He illud eſſe relatiuũ, fœminini generis. Cæterum ח & ע in fine dictionum ſæpè habent ſub ſe Patha ſuffuratum, ſic dictum, quòd cõtra reliquorum punctorum naturam, prius ſua litera pronuncietur: vt רוּחַ Ruach, non ruha *Spiritus*, שׁוֹמֵעַ Schomeah, non Schomeha.

Commune omnibus eſt: quòd quæ eiuſdem ſunt ordinis, inter ſe commutata reperiantur.

De Lit-

Literæ Eheui.

Eſt præterea alius ordo literarum, quæ à ſuo complexu אֱהֳוִי *Eheui* appellantur.

Harum natura eſt, 1 quòd ſæpiſsimè inter ſe commutentur, vt in verbis manifeſtum fiet.

2. Quod ſæpiſsimè, præſertim poſt longas vocales quieſcāt, qua de cauſa quieſcentes appellari ſolent, vt

תְּפִלָּה בְּלֹא כַוָּנָה כְּגוּף בְּלִי נְשָׁמָה׃

Oratio ſine intentione, eſt veluti corpus ſine anima. In hac breui ſententia quinq; exempla huius regulæ reperiuntur.

Præſertim dicitur: quòd hæ tres literæ אֱהִי *etiam poſt puncta parua* ־ *&* ׃ *interdum quieſcant, vt* מַה *quid?* *&* וַאדֹנָי *Dominus,* גּוֹמֶא *iuncus,* שָׂדֶה *ager,* דְּבָרֶיךָ *verba tua.*

De proſodia.

Hæc de Orthographia dicta ſufficiant: ſequitur Proſodia, altera Grammaticæ pars, quæ circa Accentus verſatur: quorum nomina, figuras, ſitum, & vſum generalem, breuiter, omiſsis non neceſsarÿs, ſubiungemus.

Diſtinguuntur autē Accentus hebræi, quorum 28 ſunt numero, in duos potiſsimum ordines: in 19. Reges, & 9. Miniſtros. Regū Nomina, Figuræ & ſitus ī ſubiecta tabel: patēt.

א	אַתְנָח	2	א	סוֹף פָּסוּק	1
א	זָקֵף קָטֹן	4	א	זָקֵף גָּדוֹל	3
א	תְּבִיר	6	א	רְבִיעַ	5
א	סְגוֹלָה	8	א	תִּפְחָה	7.
א׀	לְגַרְמֵיהו׀	10	א	פַּשְׁטָא	9
א	גְּרָשִׁים	12	א	גֵּרֵשׁ	11
א	פָּזֵר קָטוֹן	14	א	פָּזֵר גָּדוֹל	13
		15			

15 תְּלִישָׁה גְּדוֹלָה א 16 יְתִיב א
17 זַרְקָא א 18 קַרְנֵי פָרָה א
19 שַׁלְשֶׁלֶת א :

Miniſtrorum nomina, figuræ, & ſitus ſunt.

1 מוּנַח א 2 מַהְפַּךְ א
3 מְאַיְּלָא א 4 מֵרְכָא פְּשׁוּטָה א
5 מֵרְכָא כְּפוּלָה א 6 קַדְמָא א
7 תְּלִישָׁה קְטַנָּה א 8 דַּרְגָּא א
9 יֶרַח בֶּן יוֹמוֹ א

Accentus Regij, & muſici ſunt & grammatici: Nam & ad formam illorum Iudæi in Synagogis, ſuas lectiones, varia modulatione canunt, non ſecus quàm latini ad ſex voces muſicales, variè inter ſe compoſitas, ſuas cantiones informant: & in ipſa lectione ſyllabas ijs notatas, eleuant & quaſi acuunt, (omnes n. ex æquo acuti

acuti ſunt, nulli graues, aut circumflexi. Præterea etiam orationẽ iuxta eos diſtinguunt. Et *Soph Paſuk* ſententiam integram abſoluit: & ſemper duo craſſa puncta ad finem ſentẽtiæ adijciuntur, tanquam limes conſpicuus, hoc modo: הָאָֽרֶץ׃. Proximus *Athna* eſt, qui colo reſpondet mediamq́ periodũ efficit. Eiusdem ferè poteſtatis ſunt, *Sakeph katon* אׄ & *Rebia* אׇ, qui tamen etiam commata ſiue inciſa conſtituunt: Sequẽtes, præſertim tres priores, *hypodiaſtolas* ſubdiſtinctiones, quæ virgulæ vulgo appellantur, exprimunt: Reliqui in lectione, aut nihil, aut parum diſtinguunt, in modulatione verò ſuum quoq́ imperium habent, & literas בגדכפת ab iniuria, vt ita loquar, literarum אהוי defendunt, hæ enim

quæ

quæ ſua natura iſtis grauitatem *Dages* auferre & lenitate *Rapheh* afficere ſolent.

Miniſtrorum officium eſt, ſyllabas ita tono afficere, vt cantillatio vel pronunciatio, decenti ſuauitate & motu ad ipſum Regem, cuius præcipua autoritas eſt, continuetur & deferatur.

Etſi autem quidam, figura inter ſe conueniant: tamen loco & obſequijs ab exercitato facile diſcernuntur. Hinc *Paſtà* ferme ſemper in vltima tantum dictionis ſyllaba pingitur, vt שֶׁבַע שָׁנִים *ſeptem anni.* *Kadmà* penultimam literarũ, interdum etiam primã obſidet vt, יִשְׂרָאֵל: Sic *Ietif* p̄cedit puncta omnia, vt in כִּי. *Mahepach* punctũ ſaltẽ ſubſequitur, vt אֲשֶׁר *qui* מֹשֶׁה. Maaielah à Tipcha differt,

differt,quod nunquàm in vltima reperiatur,nec admodum frequẽs ſit. *Merca* in cõtrariam partem vergit. Conſequiȷs ita diſsident *Sophpaſuc* & *Legarmè*: quòd poſt *Paſuc* ſemper duo craſsa puncta tanquàm limites, Periodos diſcernentes ponãtur, ante *Legarmè* verò plerunq; *Munach* veniat.

Frequentiſsimus omnium miniſtrorum *Munach* eſt, qui pro varietate collocationis, diuerſa nomina ſortitur. Si enim ãte *Zakeph Katõ* in prima litera ponitur, *Mecarbel* vocatur, in ſecunda *Illui*, quo nomine etiam cenſetur ante *Athna* vel *Zarka*: aliȷs locis appellatur vſitato nomine *Munach* & *Schophar Iaſchar*. Et hęc cauſa eſt,quod quidam plures accentus numerent.

His

His adijciuntur quatuor, quos E-*lias* minores accẽtus, alij Rhetoricos appellant, quòd syllabam magis afficiāt, *præsertim tres primi*, quàm dictionem, eamque vel suspendant & amplient, vel ad sequentia vrgeant, *vt postremus*.

Horum Nomina & Figuræ hæ sunt
Mætheg אְ֫ , Mazze אׂ
Gahia בֵּ & Macaph א־א *duas dictiones quasi connectens, & Accentũ grammaticum à priore dictione ad sequentem compellens, vt* שֵׁם־־יְהוָה *nomen Domini.* De *Metheg* & eius vsu, Hebræi hæc scribunt: הַקּוֹרֵא בְלֹא מֶתֶג כְּרוֹכֵב בְּלֹא רֶסֶן, *hoc est* qui legit sine *Metheg*, is similis est equitanti sine freno.

Et notãdum, quòd cum dictio vna,
duobus

duobus inſignitur accentibus, tunc prior eſt Rhetoricus ſiue retinaculum, aut Miniſter, vicem retinaculi gerens, poſterior verò natiuus ſiue grammaticus, vt תָּאֳרוֹ forma eius.

Et commune eſt *Metheg* cum primis Regibus, quòd punctū paruum Scheua, in magnum mutet, & literæ בגד כפת, etiam præcedentibus *Eheui* dageſſentur : contrà verò *Macaph* longam in breuem mutat.

Sequuntur aliquot Regulæ de Accentuum generali collocatione.

1 Monoſyllabæ dictiones, ſemper habent accentum, niſi per *Macaph* alteri connectantur.

II Accentus ſemper eſt vel in vltima, vel penultima. Et quæ accentum in vltima habent, appellantur מִלְּרַע quæ verò in penultima, מִלְּעֵל

3 Quo-

III Quarum dictionum vltima est ׃, vel loco eius sub gutturalibus ֲ, siue illæ dissyllabæ, siue polysyllabæ sint, accentum in penultima habent: vt בֶּגֶד *vestis*, קֹודֶשׁ *sanctitas*, פּוֹקֶדֶת *visitans mulier*, דַּעַת *scientia*.

IIII Quiescentes in Ain Lamed, sunt Milra: excipiuntur מָוֶת *mors*, & בַּיִת *domus*, חֳלִי *Infirmitas*, & תֹּהוּ *Inane*, quæ sunt Millel.

V Nomina pluralia, cùm masculina, tùm fœminina, quorum illa in ים, hęc in ות desinunt, sunt Milra. vt דְּבָרִים *verba*, צְדָקוֹת *Iustitiæ*. Dualia verò in יִם, Iod consona, desinunt, & Millel sunt: vt יָדַיִם *duæ manus*, רַגְלַיִם 2 *pedes*.

VI Verba cuiuscunque coniugationis, modi, temporis, & personæ sint, omnia sunt Milra: excipiuntur tantũ tertia pluralis, & ter. fœ: sing: in con-

iugatione *tertia Hiphil*, quæ ſola ſunt Millel.

Atq; hæc generalia hoc loco ſufficiunt: ſpecialia infrà in verborum Paradigmatibus & punctorum alleuiatione, variaq; vocabulorum aſſectione, commodiùs perſpicientur.

¶ *SEQVITVR ETYMOLOGIA, Tertia Grammaticæ pars, cui Syntaxeos, quoq; bona pars cohæret.*

HEBRAEIS PARTES ORATIONIS SVNT TRES.

Nomen שֵׁם, Verbum פֹּעַל, et מִלָּה. Dictio conſignificatiua, ſub qua partes indeclinabiles cõpræhenduntur.

¶ *Auſpicantur autem omnes Grammatici Tractationem à Verbo, quód Nomina pleraq; ab illis deſcendant, & eorum cognitio tota ferè indè pendeat.*

Quia

¶ *Quia verò Literarum seruiliũ cognitio magnum in hac lingua momentũ habet, & omnibus Orationis Partibus & vtilis, et necessaria est: earũ potestates in conspectu habere plurimũ ꝓdest.*

DIVISIO ALPHABETI IN *Literas Radicales & Seruiles.*

¶ *Radicales* sunt vndecim, *sic appellatæ, quòd semper de substantia Radicis, siue Thematis existunt.* Compræhendũtur autẽ illæ his technicis vocabulis: גֵּט חֶסֶד קָצָר זָעַף

¶ *Seruiles* verò sunt reliquæ vndecim: *quæ hoc nomine appellantur: non quòd à iure constituendi Radices, prorsus excludtur: sed quòd præterea ad formationes Personarum, numerorum, Modorũ, coniugationum, & Affixorum adhibeantur, & seruiant:* Sunt autem hæ, אֶלְבֵּשׁ כֵּן הֶם וּוֹת.

אֶלְבֵּשׁ à principio dictionis seruiũt.

בן הם à principio & finè tantùm:
ו ות à principio, medio, & fine.

LITERÆ אֵלְבַשׁ

א 1. constituit primam personam futuri temporis, singular. numer: vt אֶפְקוֹד *visitabo*.
2. cōstituit nomē verbale: vt אַשְׁמוּרָה *custodia*.

ל 1. nota est datiui casus, vt לְאָדָם homini: interdum etiam genitiui, vt מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Dauidis*
2. constituit gerundium in DVM: vt, לִפְקוֹד *ad visitandum*

ב valet præpositionē *in* vel *cū*, item aduerbium, *cū*, *dum*: vt בְּבַיִת *in domo*, בְּמֶלֶךְ *cum Rege*, בִּשְׁמוֹר *in custodiendo, seu cùm custodiret*.

ש hæc litera pūctata cum ∴ in sacris literis rara, sed in cōmētarijs frequens, significat idem, ꝙ relatiuum,

qui

qui, quæ, quod, in vtroq; numero: accipitur etiã ꝓ cõiunctione *quòd*, vel *quia*: vt אֲנִי שֶׁהַמְּדַבֵּר, *ego qui loquor*.

LITERÆ כֻּן הֶם

כ à frõte posita, est nota similitudinis, & significat *sic, sicut, instar, secundũ*: vt כְּעָם כַּכּוֹהֵן *sicut populus, sic sacerdos*. In fine cum ־ significat *tu, te, tuus* in mas: gen: vt דְּבָרְךָ *verbũ tuum*: cũ scheua est fœ. vt אִישֵׁךְ *maritus tuus*

נ A fronte facit 1. person: fut: temp: pluralis numer: vt נִשְׁמוֹר *custodiemus*. Est etiã characteristica passiua, primæ coniugat: vt נִשְׁמַר *custoditus est*. In fine pręcedẽte ־ valet *earũ, eas*. vt מַלְכָּן Rex earũ, שְׁמָרָן *custodiuit eas*.

ה nominib. addita, est nota demõstrationis & *Emphaseos, hic, hæc, hoc, iste, ista*, vocaturq; He הַיְדִיעָה *cognitionis*, vt הַבַּיִת *hæc. domus*. &

ſemper ſequenti literæ imprimit dages: ſi verò fuerit gutturalis vel reſch, tũc patha eius naturale pũctũ vertitur in camez: vt הָאִישׁ *vir ille.*

2. In eodem officio eſt plerunquè articulus genitiui caſus: vt אֲדוֹן הַשָּׁמַיִם *Dominus cœlorum.*

3 In eadem forma ſæpè habet vim relatiui *qui, quæ, quod.*

Vſurpatur etiam pro litera vocatiua ò: vt הָאֱלֹהִים *ô Deus.*

Quando ad eandem aliæ literę Seruiles, puta בכל, quarum punctum naturale ſcheua eſt, accedunt: tunc *Euphoniæ* gratia ה eliditur, & punctum eius expulſo ſcheua ſub litera ſeruili collocatur: vt pro בְּהָאָרֶץ *in ipſa terra,* בָּאָרֶץ: pro בְּהַשָּׁמַיִם *in ipſis cœlis* בַּשָּׁמַיִם
Deindè à fronte cũ ־: eſt nota interrogationis; vt הֲלֹא *annon?* cum verò ſequi-

ſequitur litera ſcheuata, vel gutturalis, habet purum Patha, vt הַבְּרָכָה *num benedictio ?* Ante Literam verò ה vel ח plerunq; habet ·· , vt הֶהָרִים *ô vos montes*, הֶחָכָם *Sapiens ille.*
In fine verò præcedente ـ conſtituit Genus fœmininũ, tàm in verbis, quã in Nominibus, vt à שָׁמַר *custodiuit vir, fit* שָׁמְרָה *custodiuit mulier*: ſic à טוֹב *bonus, fit* טוֹבָה *bona.*
Cùm in fine habet pũctum craſſum, eſt Relatiuum fœm: gen: vt אִישָׁהּ vir eius, *ſcilicet mulieris.*
Nominibus adiũcta, ſæpè motũ ad locum ſignificat, vt אַרְצָה *ad terram.*
Deniq; paragogicè & ocioſè verbis 2 Perſonæ maſc: ge: & 1 pſonæ fut. tẽporis, et paucis nominibus additur, vt שָׁמַרְתָּה p שָׁמַרְתָּ *custodiuiſti*, אֶשְׁמְרָה pro אֶשְׁמוֹר *cuſtodiam*, לַיְלָה p לַיִל *nox.*

מ primū à frōte tàm verbis, q̄ nominib. adiunctū significat *à, ab, de ex*, & pūctatur cum *hireck* sequente *Dages*, propter defectū literæ נ à מִן. cùm verò sequēs litera non est capax pūctuli *Dages*: tūc loco *hireck* habet zere: vt מִדָּבָר à *verbo*, מֵאָדָם *ab homine*.

2. Constituit nomē verbale, vt מִכְתָּב *scriptura*, à כָּתַב *scripsit*.

3. In fine cum puncto ָ relatiuum est masc: plural: num: 3. personæ: vt מַלְכָּם *Rex eorum*, שְׁמָרָם *custodiuit eos*.

LITERÆ יוֹד

¶ *IOD vbiq; seruilis inuenitur.*

A principio facit tertiā ꝑsonam fut: temp: vtriusq; numer. vt יִשְׁמוֹר *custodiet*, יָקוּם *surget*. Constituit etiam pauca denominatiua, vt יִצְהָר oleū: et nomina propria, vt יִצְחָק Isaac, יַעֲקֹב *Iacob*. In fine est relatiuum primæ perso-

perso-

personæ singularis: vt מַלְכִּי *Rex meus*, בֵּיתִי *domus mea*. In plurali præcedit patha: vt סְפָרַי *libri mei*.

Constituit etiam nomen gentile: vt יְהוּדִי *Iudæus* אַשְׁכְּנָזִי *Germanus*.

Porrò inter secundam & tertiam radicalem inserta, facit aliquandò nomen adiectiuum, aliquandò substantiuum, vt צַדִּיק *Iustus*, קָצִיר *messis*. In verbis sæpè facit verbum *Hiphil*, seu transitiuum, vt הִקְרִיב *applicuit*.

Nonnunquam etiam in fine ociosè posita reperitur, vt Psal: 112 מְקִימִי *erigens*, pro מְקִים

ו à principio perpetuò est coniũctio copulatiua, paucissimis nominib. propriis exceptis: et punctũ eius naturale est Scheua: vt וְלֹא *& non*. Habet tamen suas exceptiones.

1 Quãdo venit ad literã gutturalem.

quæ habet punctum compositũ, recipit simplex cõpositi. *vt supra fol.8.*

2 Ante Literas בומף & *Scheua*, habet *Schurek*, vt וּבֵית *et dom⁹*, וּרְאֵה *et vide.*

3 Quando accedit ad Iod scheuatum, vertitur vtrumq; *Scheua* in *Hirek*: vt וִיהוּדָה pro וִיְהוּדָה & Iudah.

4. Ante nomen אֱלֹהִים habet ‥, sicut etiam ב & ל, vt וֵאלֹהִים *et Deus*, בֵּאלֹהִים *cum Deo*, לֵאלֹהִים *Deo.*

¶ *Quando verbis præponitur, duplicem denominationem habet, vau* חִבּוּר *coniunctiuum, et vau* הִפּוּךְ *cõuersiuum.* Vau חִבּוּר, est pura copula, & scheuatũ, nisi exceptiões visitatę intercedãt. הִפּוּךְ verò vocatur, cùm pter copulã, mutat tempus fut. in pter: & contrà. Cum scheua mutat pter: ĩ fut. vt וְשָׁמַר *& custodiet*: cum - verò fut: in pterit: Et tunc sequens litera habet Dages,

vt

vt וַיִּשְׁמֹר *& custodiuit*, וַתִּשְׁמַע *& audiuisti.* Si verò eius non est capax, vt א, tunc mutatur patha in camez : vt, וָאֶשְׁמֹר *& custodiui.*

Præterea si accedit ad Iod scheuatum, tunc Iod illud non dagessatur, vt וַיְדַבֵּר *& locutus est*, וַיְהִי *& factum est*, וַיְחִי *& vixit.*

*V*AV in fine cũ Holem valet *eius ei, eum*, vt מַלְכּוֹ *Rex eius*, שְׁמָרוֹ *custodiuit eum.* Idem valet præcedente Iod & ־ָ, vt דְּבָרָיו *verba eius, vel illius.*

Vau cum holẽ, vel schurec inter primam & 2. aut 2. & 3. posita, constituit adiectiua, participia, & substantiua: vt רַחוּם *misericors*, שָׁמוּר *custoditus*, גְּבוּל *terminus*, עוֹלָל *infans*, שָׁלוֹם *pax.*

ת litera ab initio, constituit in fut: 2. psonã vtriusq; nu: & gen: vt תִּשְׁמֹר *custodies &c.* cõstituit etiã verbalia: vt תַּלְמִיד *discipulus*, תְּפִלָּה *oratio. In*

In fine constituit secundam personam vtriusq; generis: vt, שָׁמַרְתָּ *custodiuisti vir*, שָׁמַרְתְּ *custodiuisti mulier.* Constituit etiam fœmininũ genus in plurimis participijs, et nomini. præcedente duplici sægol, vel propter gutturalẽ duplici patha: vt פּוֹקֶדֶת *visitans mulier*, שׁוֹמֶרֶת *custodiens mulier*, מְדַבֶּרֶת *loquẽs m:* עֲטֶרֶת *corona.* דַּעַת *scientia.* Desinunt tamẽ etiam quædam in ות: vt מַלְכוּת *regnũ.* Infinitiui itẽ quorundam ordinũ desinunt in ת: vt, לֶכֶת *incedere*, קַחַת *accipere*, עֲשׂוֹת *facere.*

DE SYLLABIS SERVILIBVS.

Hûc quoq; syllabæ, ex seruilibus literis compositæ, commodè referuntur.

ים *Iod quiescente, nota est pluralis Numeri, masculini generis:* vt דְּבָרִים *verba: cum Iod consonante, dualem numerum constituit, vt* יָדַיִם *manus.*

וֹת Nota eſt pluralis num: fœ. generis, vt צִדְקוֹת *Iuſtitiæ*, à ſing. צְדָקָה

אֵת Nota eſt accuſatiui caſus.

כֶם ∵ Subiunctũ tã verbis, q̃ nominibus ſignificat, *vos, vobis, veſter*, vt דְּבַרְכֶם *verbum veſtrum.*

In fœminino pro כֶם ſcribitur כֶן, vt בַּעְלְכֶן *mariti veſtri.*

הֶם ∵ Significat *eorum, eis, eos*, fœminum הֶן, vt בְּנֵיהֶם *filij eorum*, בְּנֵיהֶן *filij earum.*

תִּי · Conſtituit primam perſonam præteriti ſingular. vt אָמַרְתִּי *dixi.*

תֶּם ∵ Facit ſecundã perſonam præteriti plur. maſc. gen. vt שְׁמַרְתֶּם *cuſtodiuiſtis*, דִּבַּרְתֶּם *locuti eſtis.*

נוּ Valet idẽ, quod *nos, noſter, noſtri, noſtra, noſtræ*, vt דְּבָרֵנוּ verbum noſtrum. Conſtituit etiam 1 *perſonã præte: pluralis*, vt שָׁמַרְנוּ *cuſtodiuimus.*

facit

ני facit *Me*, subiungiturq; duntaxat verbis actiuis : vt שְׁמָרַנִי *custodiuit me*. יִשְׁמְרֵנִי *custodiet me*.

הוּ & נוּ valent *eius, ei, eum*, & הוּ iungitur verbis, & quibusdam nomi nibus, pſertim desinentibus in ה tertiã radicalem, vt שְׁמָרָהוּ *custodiuit eũ*, sic מַעֲשֵׂהוּ *opus eius*, à מַעֲשֶׂה *opus*.

Sed נוּ solũ iungitur verbis Imperatiui & fut: modi: vt תִּשְׁמְרֵנוּ & תִּשְׁמְרֶהוּ *custodies eum*. Et notãdum, quòd הוּ semper habet ante se vocem magnã, & in fœm. ה scheuatũ, vt פְּקָדָהוּ *visitauit eum*, פְּקָדַתְהוּ *Mulier visitauit eum*.

נָה sine Dages constituit secundã & tertiã psonam futuri pluralis fœminini, & pluralis Imperatiui: vt תִּשְׁמַעְנָה audietis & audient mulieres: שְׁמַעְנָה audite mulieres.

Cæte-

Cæterũ quando Nun habet camez Dageſſatũ, tunc eſt pronomẽ affixũ, & valet *eius, eam:* vt יִשְׁמְרֶנָּה *cuſtodiet eam,* habetq; ſemper ante ſe ſægol: nec inuenitur niſi in vérbis Imperatiui & futuri modi.

הת eſt characteriſtica ſyl: 4. Cõiu: vt הִתְפַּקֵּד viſitauit ſeipſum.

In his miniſterialibus literis, & ſyllabis tota Etymologiæ varietas cõſiſtit.

¶ *Porrò quia pronominum magnus quoq; eſt vſus, & ea pleraq; ex Miniſterialibus literis ac ſyllabis conſtant, commodè illis, hoc loco, ſubiunguntur.*

DE PRONOMINIBVS SEPARATIS.

¶ *Pronomina ſeparata, ſiue abſoluta, tria potiſſimùm ſunt; & hæc obliquos caſus ab affixis mutuantur, vt* אֲנִי *ego,* אַתָּה *tu,* הוּא *ille.*

PRONOMEN PRIMAE *Perſonæ, communis Generis.*

PLVRAL.		SINGVL.	
Nos	אֲנַחְנוּ אָנוּ	*Ego*	אֲנִי אָנִי אָנֹכִי
Nostrũ	שֶׁלָּנוּ	*Mei*	שֶׁלִּי
Nobis	לָנוּ	*Mihi*	לִי
Nos	אֹתָנוּ	*Me*	אוֹתִי
Anob.	מִמֶּנּוּ	*Ame*	מִנִּי & מִמֶּנִּי

PRONOMEN II. PERSO-

næ vtriusq; generis & numeri.

FOEMIN.	SING.	MASCVLI.
אַתְּ	*Tu*	אַתָּה
שֶׁלָּךְ	*Tui*	שֶׁלְּךָ
לָךְ	*Tibi*	לְךָ
אוֹתָךְ	*Te*	אוֹתְךָ
מִמֵּךְ & מִמֵּךְ	*Ate*	מִמְּךָ & מִמֶּךָּ

	PLVRAL.	
אַתֶּן *et* אַתֵּנָה	*Vos*	אַתֶּם
Vestr. שֶׁלָּכֶן	*Vestrum*	שֶׁלָּכֶם
לָכֶן	*Vobis*	לָכֶם
אֶתְכֶן	*Vos*	אֶתְכֶם
מִכֶּן	*Avobis*	מִמְּכֶם & מִכֶּם

PRO-

PRONOMEN TERTIAE
personæ vtriusq; generis.

FOEM.	SING.	MASCVL.
a הִיא	*Ille*	הוּא
שֶׁלָּהּ	*Illius*	שֶׁלּוֹ
לָהּ	*Illi*	לוֹ
am אוֹתָהּ	*Illum*	אוֹתוֹ
a מִמֶּנָּה	*Ab illo*	מִמֶּנּוּ

PLVRAL.

Illæ הֵן & הֵנָּה	*Illi*	הֵם & הֵמָּה
Illarũ שֶׁלָּהֶן	*Illorum*	שֶׁלָּהֶם
לָהֶן	*Illis*	לָהֶם & לָמוֹ
as אוֹתָן & אֶתְהֶן	*Illos*	אוֹתָם & אֶתְהֶם
מֵהֶן	*Ab illis*	מֵהֶם & מִנְהֶם

¶ Sunt præterea alia pauca pronomina demonstratiua tertiæ personæ, vt זֶה hic iste, זֹה,זוֹ,זֹאת hæc,ista, זוּ com:generis: In plurali אֵל & אֵלֶּה, hi,isti, hæ,illæ.

Pronomen אֲשֶׁר est vtriusq; generis,et num: et significat, qui, quæ, quod.

Sunt & tria interrogatiua, vtriusq; generis & numeri, מִי מָה & מֶה: & מִי de homine interrogat, quis, מָה & מֶה de quacunq; alia re,quid?

DE VERBO, PRAECI-

pua orationis parte.

In verbo consyderanda sunt accidentia septem: Qualitas, Genus, Numerus, Persona, Tempus, Ordo, & Coniugatio,.

I. QVALITAS.

Qualitate,verbum vel perfectum est,vel imperfectum.

¶ *Perfectum vocatur,* quod tribus constat literis radicalibus, in tertia persona preteriti masculini,quę pro themate habetur, quarum nulla inter

ter

ter coniugandũ deficit, aut quiescit.

Vt שָׁמַר *custodiuit*, פָּקַד *visitauit.*

Et notãdum, huius linguæ proprium esse, vt thema siue Radix tribus literis radicalibus constet.

Imperfectum verbum triplex est, Defectiuum, Quiescens, & ex vtroque compositum.

¶ *Defectiuum*, in quo Nun prima radicalis in quibusdam modis & temporibus deficit: vt à נָגַשׁ *appropinquauit*, fit Imperatiuus גַּשׁ vel גֶּשׁ *appropinqua.*

¶ *Quiescens* appellatur, in quo literæ אהוי quiescunt.

¶ *Compositum*, in quo & נ deficit, & vna ex literis אהוי quiescit, *de quibus in ordine dicetur.*

II. GENVS.

Genus in verbis & de Sexu, et de potestate accipitur.

Sexu distinguitur in masculinũ, fœmininum, et commune: vbi enim Latini sine sexus discrimine dicunt de viro & Muliere, custodiuit, Hebræi de viro dicunt שָׁמַר, *de fœmina* שָׁמְרָה: שָׁמַרְתִּי *custodiui, cõmunis est generis.*

¶ *Potestate*, verbum aliud est vel עוֹמֵד Stans, siue absolutum, cuius actio consistit in persona agentis: vt יָשַׁב *sedit: Latini, Intransitiuum vel neutrum appellant.*

Aliud est יוֹצֵא *Transiens*, cuius actio seu operatio transit extra personam agẽtis: vt שָׁמַר *custodiuit: Latini actiuum appellant*: Et hæc etiam passiuum habent, vt נִשְׁמַר custoditus est.

¶ *Reperiuntur etiam quædam, licet rariora, quæ in paßiua terminatione actiuam*

uam significationem habent, vt נִשְׁבַּע *iurauit.*

III. NVMERVS.

Numerus duplex est, Singularis & pluralis, *vt apud Latinos.*

IIII. PERSONA.

Personæ etiam, *vt apud Latinos,* tres sunt, sed diuerso ab Hebræis ordine collocantur.

Tertia, quæ appellatur לְנִסְתָּר loquens de absente, vt שָׁמַר *custodiuit.*

Secunda, לְנִמְצָא loquens ad præsentem: vt שָׁמַרְתָּ *custodiuisti.*

Prima מְדַבֵּר בַּעֲדוֹ loquens pro seipso: vt שָׁמַרְתִּי custodiui.

V. TEMPVS.

Tempora tria tantùm sunt, *sed his modos quoq; Hebræi coniungũt, & communi nomine* בְּעוֹלִים *operationes ap*

 pellant:

pellant; quarum ſex enumerant 1. עָבָר *præteritum*, quod pro diuerſitate rerum etiam pro perfecto, imperfecto, & pluſquàmperfecto (*vnico enim Hebræi contenti ſunt*) vertitur.

2 בֵּינוֹנִי *Intermedium*, hoc eſt participium actiuum, ſic appellatum, quòd inter præteritum, & futurum ratione temporis, medium ſit: vt שׁוֹמֵר cuſtodiens.

3 פָּעוּל *Paul*, participium præteritum paſſiuum, à forma ſic appellatum: vt שָׁמוּר *cuſtoditus*.

4 מָקוֹר *Infinitiuus, cum ſuis gerundijs, quæ præpoſitis literis* בכלם *efficiuntur*, ſic appellatus, quòd fons & ſcaturigo ſit omnium operationum, & pro omnibus, temporibus ac modis infinitè ſine numeris, & perſonis vſurpetur: מָקוֹר *enim fontem ſignificat.*

Opta-

Optatiuus, deprecatiuus, & subiunctiuus cognoscuntur cùm ex qualitate sermonis, tùm ex loquentis natura, & eius, ad quem fit sermo, deniq; ex adiunctis dictionibus, quæ tales modos significant.

5 צִוּוּי *Imperatiuus:* *vt* שְׁמוֹר *custodi.*

6. עָתִיד *Futurum,* quod & אֵיתָן à literis formatiuis appellatur: vt אֶשְׁמוֹר custodiam.

VI. ORDO.

Verborum ordines sunt octo, *ad quorum, vt & coniugationum intelligentiam sciendũ est, Grammaticos antiqua consuetudine, primam cuiusquè thematis literam appellare Pe, vel Pe poal: alteram Ain, vel Ain poal: tertiã Lamed, vel Lamed Poal, ideo: quòd verbum* פָּעַל *paradigmatis loco vsurpa-*

rint, non ſecus, quàm Latini in prima coniugatione verbum AMO.

1 ¶ *Primus* ordo, continet verba perfecta, *hoc eſt ea, è quibus inter coniugandum nulla trium Literarum radicalium excidit: Qualia ſunt* שָׁמַר, פָּקַד, *&* *ſimilia.*

2 ¶ Ad *ſecundum* ordinē pertinent verba, quorū prima radicalis eſt litera Nun, vocāturq; חַסְרֵי פֵּא נ *defectiua Pe Nun*: quòd nimirum litera Nun in quibuſdam inter coniugandum excidat: ita tamen, vt defectus per Dages in ſequenti litera, modò eius ſit capax, indicetur: vt à נָפַל *cecidit*, fit futurum אֶפּוֹל pro אֶנְפּוֹל, à נָגַשׁ *appropinquauit*, fit אֶגּוֹשׁ *appropinquabo.*

3 ¶ *In tertium* ordinem relegantur omnia verba, quorum prima radicalis eſt vel א, vel Iod, appellanturque

נָחֵי פֵא אָלֶף או י quieſcẽtia in Pe Aleph vel Iod, *hoc eſt quorũ illæ literæ in vo-ce magna præcedente quieſcunt:* vt ab אָכַל *comedit*, fit futurum אֹכַל pro אֶאֱכֹל. à יָדַע *cognouit* fit futurũ, אֵדַע pro אֶיְדַע.

4 ¶ *Quarto ordini* aſsignantur verba, quorum media radicalis eſt Vau quieſcens, quæ plerumq; in ָ præcedente quieſcũt: vt קָם *ſurrexit pro* קוּם. Appellantur autem נָחֵי עַיִן וָיו, *quieſcentia in Ain vau.*

5 ¶ *Quinto ordini* deſtinantur verba, quorum tertia radicalis eſt vel א vel ה. vocanturq; נָחֵי לָמֶד א או ה *quieſcentia in Lamed Aleph vel He.*

Vt à קָרָא *clamauit*, קָרָאתָ, *clamauiſti*: ab עָשָׂה *fecit* עָשִׂיתָ *feciſti.*

6 ¶ *Sextus ordo* duplicatorũ eſt, h. e. eorum, quæ geminant alteram radicalem, quarũ vnam inter coniugan-

dum abijciunt, & residuã dagessant: vt pro סָבַב *circumiuit*, dicitur סַב: *appellanturq́; à Grammaticis* כְּפוּלִים duplicata

¶ *In septimum* ordinem reijciuntur Verba composita, hoc est quæ ratione primę radicalis, vel secũdi, vel tertij sunt ordinis: ratione verò postremæ radicalis ad quintum pertinent: vt נָשָׂא *leuauit*, נָטָה *inclinauit*, אָפָה *pinsuit*, יָרָה *iecit: vocantur hæc* חַסְרֵי וְנָחֵי הַקְּצָוות *deficientia & quiescentia in extremitatibus, & omninò illorum rationem inter coniugandum sequuntur.*

¶ *Ad octauum* ordinem relegantur Verba מְרֻבָּעִים, quadrata, *quæ nimirum quatuor literis radicalibus constant.* Suntq; vel geminata, vel peregrina, atq; ideò etiam rariora: vt שִׁעֲשַׁע *oblectauit*, גִּלְגֵּל *reuoluit*, כִּלְכֵּל *nutriuit*, פִּרְנֵס *cibauit.*

CON-

VII. CONIVGATIO.

Coniugationes (*si latinorum more actiuis paßiua addamus*) sunt quatuor.

¶ *Prima coniugatio* appellatur vno modo בִּנְיָן קַל coniugatio leuis, tùm, quia nec punctulo dages grauatur, nec literam vllam in fronte adiectam habet: tùm quia leuior eius, quàm cæterarum coniugationum plerunque est significatio.

Deindè, à forma sua vsitatè appellatur פָּעַל, quòd plurima eius themata constant sub priori litera ָ, sub altera ַ, vt פָּקַד, שָׁמַר.

Rarior eius forma sub secunda, loco ַ habet Zere: vt חָפֵץ *desiderauit,* חָדֵל *cessauit. quædam tamen sub vtraquè forma*

forma reperiũtur, vt אֲהַב et אָהֵב *dilexit*, שָׁכֵן & שָׁכַן *habitauit*.

Rarissima forma est פָּעֹל: vt קָטֹן *paruus fuit.* יָכֹל *potuit.*

Huius pasſiuum à forma ſua appellatur נִפְעַל: vt נִשְׁמַר *custoditus est*: נִפְקַד *visitatus est*.

¶ *Secunda coniugatio* vocatur כָּבֵד grauis, quòd ſecunda radicalis grauetur puncto dages. A forma ſua vſitata appellatur פִּעֵל, vt פִּקֵּד *visitauit frequenter*, גִּדֵּל *magnificauit*.

Quædam ſub ſecunda pro .. habent – vt רִדֵּף *perſecutus est*, שִׂמַּח *lætificauit*, שִׁמַּע & שִׁמֵּע *diuulgauit*. Quòd ſi ſecũda fuerit vna ex literis אחהער, tũc *Dages* vel cum *Hirec* præcedẽte cõiũgitur, & .. efficit, vt בֵּאֵר *explanauit*, בֵּרֵךְ *benedixit*: vel prorſus eliditur, manente Hirec: vt טִהֵר *purificauit*,

רִהֵם

רִחֵם *misertus est.*

Et vt puncto dages, natura sua grauatur, ita grauiorem quoq; seu intensiorem significationem habet. Quæ enim verba in prima coniugatione sunt Neutra, hîc fiũt Actiua: quæ verò illic actiua sunt, hîc frequentiam, asiduitatem, & maiorem conatum plerunq; significationi adiunctum habent: vt הָלַךְ *ambulauit,* הִלֵּךְ deduxit: שָׁבַר *fregit,* שִׁבֵּר *confregit.*

Passiuum eius à forma פֻּעַל appellatur, & habet similiter, vt actiuũ Dages. Differt ab eo puncto ֻ, quod tamen propter mediam gutturalem mutatur in Holem. vt pro בֻּרַךְ dicitur בֹּרַךְ *benedictus est.*

¶ *Tertia coniugatio* à fronte asciscit ה, & inter secundam & tertiam radicalem assumit iod, ac à sua forma

הִפְעִיל

הִפְעִיל appellatur: vt הִפְקִיד *fecit visitare, cõstituit,* הִשְׁמִיר *custodire fecit.* Quę in Piel de gutturalibus dicta sunt, hîc quoque locum habẽt: nam reperiũtur הֵרַע *malũ intulit, afflixit,* הֵמַר *amarificauit,* הֶעְתִּיק *transtulit, seu mouit se.*

Et quamuis hæc, vt cæteræ etiam coniugationes, sua peculiaria verba habeat, quę vel neutra, vel Actiua sunt: tamen verba, quæ in Kal Neutra sunt, hîc Actiua fiunt: quæ verò illic actiua, hîc transitiua ad tertiũ plerunque fiunt, & per fieri fecit exponũtur: vt הִשְׁכִּים *manè surrexit, ab* אָכַל *comedit, fit* הֶאֱכִיל *fecit comedere, seu cibauit, à* שָׁמַע *fit* הִשְׁמִיעַ *diuulgauit.*

Passiuum eius à forma sua הֻפְעַל appellatur. Habet tamen He etiam schurec: vt הוּפְקַד *constitutus est,* הוּקַם *stabilitus, confirmatus est.*

Reperi-

Reperitur in hoc tantùm præteritum, & futurum.

¶ *Quarta coniugatio* ex ſecunda fit, adiecta ad frontē characteriſtica ſyllaba הִתְ: vocaturq; הִתְפַּעֵל: vt הִתְפַּקֵד *viſitauit ſeipſum, vel viſitatus eſt à ſeipſo.* הִתְחַדֵּשׁ *innouauit ſe. Eſt. n. reciprocæ ſignificationis ſub vna voce, ideoq; paſsiuam formam non habet, vt reliquæ coniugationes.*

¶ Notandum autem eſt, ת ſyllabæ הִתְ nonnunquam ad vitandam cacophoniam abſcondi per *Dages*: vt הִטַּמֵּא pro הִתְטַמֵּא *polluit ſeipſum.*

¶ Præterea obſeruandum, ſi verbum incipiat à ס vel שׁ, tunc *Metatheſin* fieri literarum iſtarum, & ת: vt pro הִתְסַתֵּר dicitur הִסְתַּתֵּר, *abſcondit ſeipſum,* pro הִתְשַׁמֵּר, הִשְׁתַּמֵּר *cuſtodiuit ſeipſum.*

Quòd

¶ *Quòd si* verò verbum incipiat à צ, ת couertitur in ט: vt à צָדַק fit הִצְטַדֵּק *iustificauit se.*

¶ Si autem incipiat à ז, mutatur ת in ד: vt הִזְדַּמֵּן *parauit. Absconditur etiam* in potentia Dages Euphoniæ gratia: vt הִזַּכֵּה pro הִזְדַּכֵּה *mandauit.*

Hactenus de verbi accidentibus: sequitur jam paradigma cõiugationis Kal verborum Perfectorum, quod Norma est, ad quam reliquorũ ordinum, & coniugationum verba formantur, obseruatis tantùm singulorum proprietatibus. Vt igitur quod maximè necessarium est, in hac præcipua orationis parte, varietas temporum, modorũ, personarum, & numerorũ, in reliquis ordinibus, & coniugationibus faciliùs cognoscatur: consultum inprimis est, vt Thematis alicuius formatio non modò ob oculos ponatur,

natur, ſed memoriæ quoq;, cum obſeruatione Punctorũ, & formatiuarum Literarum, atq; Accentuũ ſede, infigatur.

PARADIGMA PRIMAE
coniugationis קַל, ſiue פָּעַל
Præteritum עָבַר

FOEM.	SING.	MAS.
פָּקְדָה	*Viſitauit*	פָּקַד
פָּקַדְתְּ	*Viſitauiſti*	פָּקַדְתָּ
Com. Ge.	*Viſitaui*	פָּקַדְתִּי
	PLVRALIS.	
Com. Ge.	*Viſitauerunt*	פָּקְדוּ
פְּקַדְתֶּן	*Viſitauiſtis*	פְּקַדְתֶּם
Com. Ge.	*Viſitauimus*	פָּקַדְנוּ

Participium בֵּינוֹנִי præſens.

פּוֹקְדָה *vel* פּוֹקֶדֶת	*Viſitans*	פּוֹקֵד
פּוֹקְדוֹת	*Viſitantes*	פּוֹקְדִים

Participium פָּעוּל Præteritum.

ta פְּקוּדָה	*Visitatus*	פָּקוּד
tæ פְּקוּדוֹת	*Visitati*	פְּקוּדִים

Infinitiuus מָקוֹר

Visitare, פְּקוֹד	פָּקוֹד ☞
In visitando, seu cum visi:	בִּפְקוֹד
Secundũ visitare, seu cũ vi:	כִּפְקוֹד
Ad visitandum.	לִפְקוֹד
A visitando, seu postq̃ visitarat,	מִפְּקוֹד

Imperatiuus, צִוּוּי

פְּקוֹדְנָה	*Visita*	פְּקוֹד
פְּקוֹדְנָה	*Visitate*	פִּקְדוּ

Futurum, עָתִיד

FOEM.	SING.	MAS.
com. g.	*Visitabo*	אֶפְקוֹד
תִּפְקְדִי	*Visitabis*	תִּפְקוֹד
תִּפְקוֹד	*Visitabit*	יִפְקוֹד

PLVRALIS.

com. g.	*Visitabimus,*	נִפְקוֹד
תִּפְקוֹדְנָה	*Visitabitis,*	תִּפְקְדוּ
יִפְקְדוּ		

תִּפְקֹדְנָה *Visitabunt* יִפְקְדוּ

¶ Præteriti characteristicæ sunt Literæ תְּהִימוֹן, quæ ad finem Radicis, vel binæ, vel singulæ adijciuntur. Et pleræque Personæ, ex Pronominum terminationibus, Radici adiectis, formatæ cernuntur, vt פָּקַדְתָּ dictum sit, quasi פָּקַד אַתָּה &c.

¶ *Participia* nominum formationem imitātur, & absolutè etiam pro Nominibus vsurpantur, vt שׁוֹמֵר custodiens, & custos. Cum pronominibus, pro Præsenti exponuntur, vt אֲנִי פּוֹקֵד ego visitans, pro visito, &c.

¶ *Paul*, etsi ratione significationis ad passiuum pertinet, ratione tamen formationis, rectè hûc reponitur. Reperitur autem solùm in Actiuis, non Neutris.

¶ *Infinitiuus*, recipit literas בְּכְלָם

quæ Gerundiorum vices supplent.

¶ *Imperatiuus*, Numeris,& Personis ab Infinitiuo discernitur.

¶ *Futuri*, Characteristicæ literæ sunt, אֵיתָן: quæ itidem, vt de characteristicis præteriti dictum est, ex Pronominibus quasi decisæ sunt: & differunt, quòd illæ calci, hæ fronti adijciantur, vt: אֶפְקוֹד visitabo, quasi אֲנִי פָּקוֹד ego visitare, adiecta nimirum litera illa, Infinitiuo absoluto.

¶ *In* verbis absolutis siue neutris, Infinitiuus, Imperatiuus, & Futurū, ferè habent sub secunda patha. Idem iudicium est de verbis, quorum secunda, aut tertia radicalis est ח vel ע.

¶ *Præterea* notandum, illa verba, quæ sub Ain habent zere, mutare illud in Patha, et omnino communem normã sequi, vt à חָפֵץ voluit, חָפְצָה etc

Quæ

Quæ verò habent Holem, illud inuariatũ plerunq; retinent, excepta tertia fœminina, & 3. plurali, vt יָכֹל potuit יָכְלָה & יָכְלוּ יכֹלוּ &c.

PARADIG. coniugationis Passiuæ נִפְעַל.

Præteritum.

FOEM.	SING.	MAS.
ta נִפְקְדָה	*Visitatus est*	נִפְקַד
ta נִפְקַדְתְּ	*Visitatus es*	נִפְקַדְתָּ
com. Ge.	*visitatus sum*	נִפְקַדְתִּי
	Pluraliter.	
com. Ge.	*Visitati sunt*	נִפְקְדוּ
tæ נִפְקַדְתֶּן	*Visitati estis*	נִפְקַדְתֶּם
com. Ge.	*Visita. sumus*	נִפְקַדְנוּ
	Benoni.	
ta נִפְקֶדֶת	*Visitatus*	נִפְקָד
tæ נִפְקָדוֹת	*Visitati*	נִפְקָדִים

Infinitiuus.

Visitari	הִפָּקֵד
Dum visitaretur	בְּהִפָּקֵד
Cum visitaretur	כְּהִפָּקֵד
Vt visitetur	לְהִפָּקֵד
A visitari, seu postquàm visitatus esset.	מֵהִפָּקֵד

Imperatiuus,

FOEMINI.		MASCVL.
הִפָּקְדִי	*Visitare tu*	הִפָּקֵד
הִפָּקַדְנָה	*Visitamini*	הִפָּקְדוּ

Futurum.

FOEM.	SING.	MAS.
Com. ge.	*Visitabor*	אֶפָּקֵד
תִּפָּקְדִי	*Visitaberis*	תִּפָּקֵד
תִּפָּקֵד	*Visitabitur*	יִפָּקֵד
	Pluralis.	
Com. gen.	*Visitabimur*	נִפָּקֵד
תִּפָּקְדוּ		

תִּפָּקַדְנָה *Visitabimini* תִּפָּקְדוּ
תִּפָּקַדְנָה *Visitabuntur* יִפָּקְדוּ

¶ *Passiuum* ab actiuo formatur pręposita characteristica נ & mutato ָ sub prima syllaba in Scheua, manentibus ijsdem terminationibus in omnibus personis & numeris.

¶ *Participium* in omnibus Passiuis, fit à præterito, solo Patha sub secunda litera in Kamez mutato.

¶ *Paul* in Pasiuo verbo non extat.

¶ *Infinitiui, Imperatiui & Futuri*, est eadem forma, exceptis singulorũ proprietatibus, quæ sunt, quòd Infinitiuus recipiat à fronte literas בכלם, Futurum איתן.

¶ *Præterea* sciendum, in tribus istis temporibus, abijci characteristicam literam pasiuam Nun, & asumi in Infinitiuo & imperatiuo, literam ה,

punctatam cum Hirec, primamq; radicalem, in omnibus tribus temporibus, (exceptis gutturalibus & Reſch) ad ſignificandum defectum literæ Nun, dageſsari.

¶ *Porrò,* reperiuntur in hac coniugatione quædam verba, quę actiuam ſignificationem habent, quæ Latini deponentia nuncupant: vt, נִשְׁבַּע *Iurauit,* נִלְחַם *pugnauit,* נִשְׁעַן *Innixus eſt,* נִדְבֵּר *aſsiduè locutus eſt.*

PARADIGMA II. CONiugationis Actiuæ, PIEL.

Præteritum.

FOEM.	SING.	MAS.
פִּקְּדָה	*Recenſuit*	פִּקֵּד
פִּקַּדְתְּ	*Recenſuiſti*	פִּקַּדְתָּ
Com. gen.	*Recenſui*	פִּקַּדְתִּי
	Pluralis.	
Com. ge.	*Recenſuerũt*	פִּקְּדוּ

פקדתם

פִּקַּדְתֶּן *Recensuistis* פִּקַּדְתֶּם
Com. gen. *Recensuimus* פִּקַּדְנוּ

Benoni.

מְפַקֶּדֶת *vel* מְפַקְּדָה *Recensens* מְפַקֵּד
מְפַקְּדוֹת *Recensentes* מְפַקְּדִים

PAVL

ta מְפֻקָּדָה *Recensitus* מְפֻקָּד
Notandum, ſi his nominibus à viginti, digiti numeri vtriusq; generis addantur, ſeruato ordine numerorum articulorum vel compoſitorum, multiplicationem in Infinitum fieri, in quibus tamen frequentius vnitas ſeu minor numerus maiorem præcedit : vt אֶחָד וְעֶשְׂרִים *Vnus & viginti* אַחַת וְעֶשְׂרִים *Vna & viginti,* & ſic conſequenter, אֶחָד שְׁנַיִם וּשְׁלֹשִׁים *Vnus & triginta* וּשְׁלֹשִׁים *duo & triginta, &c.*

Sic שְׁלֹשׁ מְאוֹת *trecenti, &c.*
Sic שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים *tria millia, &c.*
Sic שְׁתֵּי רִבּוֹת *viginti millia,* אַרְבַּע רִבּוֹת *quadraginta millia*, &c. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹא *duodecies decem millia,* id est, *centum & viginti millia,* אֶלֶף אֲלָפִים *millies mille,* רִבּוֹ רִבְבָן *Decies millies centena millia*: Daniel: 7.

NVMERI ORDINALES.

FOEMININA.			MASCVLINA.	
Prima	רִאשׁוֹנָה	1	*Primꝰ*	רִאשׁוֹן
Sec:	שְׁנִיָּה & שֵׁנִית	2	*Secundus*	שֵׁנִי
Tertia	שְׁלִישִׁית	3	*Tertiꝰ*	שְׁלִישִׁי
Quarta	רְבִיעִית	4	*Quartꝰ*	רְבִיעִי
Quinta	חֲמִישִׁית	5	*Quintꝰ*	חֲמִישִׁי
Sexta	שִׁשִּׁית	6	*Sextus*	שִׁשִּׁי
Septima	שְׁבִיעִית	7	*Septimꝰ*	שְׁבִיעִי
Octaua	שְׁמִינִית	8	*Octauꝰ*	שְׁמִינִי
				תְּשִׁיעִי

Nona תְּשִׁיעִית 9 *Nonus* תְּשִׁיעִי
Decima עֲשִׂירִית 10 *Decim:* עֲשִׂירִי

Excepto primo, qui formatur à ראש *capite*, reliqui à cardinalibus deriuantur, & masculina in Iod præcedente hirec, Fœminina in ת præcedente hirec magno desinunt.

Porrò à Denario numero ordinales numeri non sunt, sed pro illis cardinales indifferenter vsurpantur: articulis videlicet iunctis digitis numeris, hoc pacto אַחַד עָשָׂר *vndecim & vndecimus*, אַחַת עֶשְׂרֵה *vndecim & vndecima*, omninò vt in cardinalibus, quorum significatio ex ipso sensu depræhenditur.

Notandum præterea, duo nomina numeralia ab vno ad quinque iuncta, diminutionem incertam significare, vt שְׁנַיִם עֵצִים *duo ligna*, pro pauca:

Latini dicunt vnum & alterum, שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה *duo aut tria,* אַרְבָּעָה חֲמִשָּׁה, *quatuor aut quinq;,* Esa: 17.

A quinq; verò ad decem multitudinem seu numerum sufficientem significant, vt שֶׁבַע יִפּוֹל *Septies cadit,* nempè iustus, *id est frequenter.*

Hæc de Nomine, & Numeralibus.

Sequitur pars TERTIA ORATIONIS,

הַמִּלָּה *DICTIO: sub qua præpositiones, Coniunctiones, Aduerbia, & Interiectiones comprehenduntur.*

PRAEPOSITIONES.

PRæpositiones sunt viginti quatuor, ex quibus tamen quæ-

quædam nomina ſunt, ſed loco præpoſitionum veniunt: quędam etiam ſuo loco Aduerbia eſſe ſolent. Quarum etiam quædam recipiunt Affixa, vel literas miniſteriales: vt ex ſequenti ordine alphabetico apparet.

¶ אֶל *Ad*: cum Affixis pluralem cōſtructiuum imitatur: vt אֵלַי, אֵלֶיךָ.

¶ אֶת *cum*, אִתִּי, אִתְּךָ, אִתָּנוּ: Et ſic cum reliquis Pronominibus. Aliàs nota Accuſatiui eſt.

¶ אַחַר *poſt, poſteà, poſteaquàm*: in Reg: אַחֲרֵי, אַחֲרַי, *poſt me*, אַחֲרָיו *poſt eum.*

¶ אֵצֶל *apud, iuxta, penes, ſecus*: אֶצְלִי, אֶצְלְךָ, אֶצְלֵנוּ: etc.

¶ בְּ *In, cum, pro.*

¶ בְּלֹא *ſine, absq;*: item בְּלִי idem.

¶ בִּגְלַל *propter, gratiâ, causâ*: בִּגְלָלוֹ *propter eum*: semper in constructione ponitur.

¶ בְּעַד *pro*: vt בְּעַד־הָעָם *pro populo*.

¶ בַּעֲבוּר idem quod בִּגְלַל: בַּעֲבוּרִי, בַּעֲבוּרוֹ.

¶ עַל־דְּבַר etiam est *propter*: *propter veritatem*, psal: 45.

¶ בֵּין *inter*: בֵּינִי, בֵּינוֹ, בֵּינְךָ, בֵּינֵינוּ.

¶ הָלְאָה *vltra, trans*: מֵהָלְאָה לְדַמָּשֶׂק *vltra Damascum*.

¶ חוּץ Nomen: sed pro Aduerbio & Præpositione sæpè ponitur: *foris forâs, extra, præter*.

¶ לִפְנֵי constructiuum, à פָּנִים *ante, coràm, ex aduerso, è regione*. Præponitur etiam interdum מ: vt מִלִּפְנֵי יְהוָה *à Domino*.

¶ לְעֻמַּת *contra*: לְעֻמָּתִי, לְעֻמָּתְךָ.

¶ לְפִי *secundum*, & כְּפִי.

¶ למען

¶ לְמַעַן quoq; significat *propter:* לְמַעֲנִי, &c.

¶ לְבַד *præter:* לְבַדְּךָ, לְבַדִּי. Præponitur etiam מ vt : מִלְּבַד.

¶ מִן *à, ab, ex, de.* Reperitur etiam מִנֵּי דֶּרֶךְ *à via*, cum *zeré:* & מִנִּי cum *Hirec.*

¶ נֶגֶד *coràm:* & cum literis בְּכְּלָם נֶגְדְּךָ, נֶגְדּוֹ, נֶגְדִּי, &c: כְּנֶגֶד, בְּנֶגֶד, נֶגְדָּם,

¶ נֹכַח *è regione.*

¶ סָבִיב *circum, circa:* סְבִיבִי *circa me.*

¶ עַד *ad vsq; ad.*

¶ עַל *super, supra:* cum Affixis plerunq; est cum *camez*, עָלָיו, עָלַי, עָלֶיךָ, עֲלֵיכֶם. Reperitur etiam, cum י absq; Affixis, instar Nominum: vt עֲלֵי עֵשֶׂב *super herbam.* Accipitur etiam pro *cum*, & pro *ad*, & *contra.*

¶ עֵבֶר *trans, vltra, cis, citra,* מֵעֵבֶר יָם *de trans mare, ab vlteriore parte maris.*

¶ עִם *cum:* עִמִּי, עִמּוֹ, עִמְּךָ.

¶ תַּחַת *sub, subter,* תַּחְתַּי *sub me,* תַּחְתָּיו *sub eo, pro eo: &c.*

DE CONIVNCTIOnibus.

Coniunctionum quædam sunt copulatiuę, & omnium frequentissima est ו, de qua suprà in literis Seruilibus, & verbo, fol: 25. Idem valet גַּם *etiam.*

¶ Disiunctiuæ: vt אוֹ *vel, aut, siue, seu.*

¶ Continuatiuæ: vt כִּי, אִם *sed.*

¶ Aduersatiuæ: vt אֲבָל *ast, sed, verùm, quamuis, quanquàm,* עַפְעַלְפִּי *veruntamen, quanquam.*

¶ Redditiuæ: vt אַףעַלפִּי כֵן *tamen.*

Causa-

¶ Causales: לוּלֵי,אִם *si*, *nisi*.

¶ Rationales: vt כִּי *quia, quòd, nam*: לְמַעַן *vt*, absolutè: cum affixis est præpositio. עֵקֶב *eò, quòd, quia*, יַעַן *ergò ideò, idcircò*. אֲשֶׁר שֶׁ *quòd*.

¶ Ordinis: וְגַם *quin etiam*.

¶ Dubitatiuæ: vt אִם *si*, אוּלַי *forsan*, פֶּן *nefortè*.

¶ Diminutiuæ: vt לְפָחוֹת *saltem*, אֲפִילוּ *vix, saltem*.

Summa, Litera ו frequentissima omnium Coniunctionum est, & vice multarum aliarum ponitur: ideoq́ pro materiæ, & locorum diuersitate per *Et, cùm, tùm, sed, ast, insuper, postquàm, nam, quidem, quapropter, proindè*, et similia rectè exponitur.

DE ADVERBIIS.

Aduerbiorum varia ſunt genera, ſeu, vt Latini appellant, Significationes. Sunt enim alia Loci: vt פא, פו, פה, *hîc, hûc, illûc*, addito מ ſignificat, מפו, vel מפה *illinc*, איפה & אפה *hîc*, & *vbi*, הלם etiam eſt aduerbium Loci, *hîc, hûc, illûc*, pro ratione loci: כה, עדכה, כָּאן idem ſignificant: item, *quò, hinc, illinc*. שָׁם *ibi, illûc, illic*, & שָׁמָּה: מִשָּׁם *indè, hinc, illinc*: איכה & אֵיכוֹ *vbi?* תּוֹךְ, *intus, & intra*: חוץ *foris*, & *foràs*: אֵי, & מִזֶּה *vndè, illinc*: אָן, & אָנָה, *quô?* מֵאַיִן *vndè*: מַעַל, & מִמַּעַל *deſuper*, בְּכָל מָקוֹם *in omni loco*, i. e. *vbiq́*, מִתַּחַת *inferius*.

¶ Tem-

¶ Temporis : עֶרֶב *vesperi*, בֹּקֶר *manè*, הַיּוֹם *hodiè*, שַׁחַר *manè*, מָחָר & מָחֳרָת *cras* : תְּמוֹל *heri*, & אֶתְמוֹל, & אֶתְמוֹל : אֶמֶשׁ *heri, aut nocte præterita*, שִׁלְשׁוֹם *nudius ter-tius* : אָז *tunc*, & אֲזַי, עַתָּה *nunc*, כְּבָר *iam, dudũ* : Et dicitur tàm de præterito, quàm de futuro. שׁוּם זְמַן *aliquando*, פֶּתַע *statim, subitò, repentè*: פִּתְאוֹם idem : תָּמִיד *quotidiè, iugi-ter, semper* : עַד *donec* : עַד מָתַי, & עַד־אָנָה *vsq; quó, quàm diu ?* עַד הֵן *vsq; hûc*, עַד־אֲשֶׁר *donec*, עַד־אֲשֶׁר אִם *donec nisi:* לָעַד *in seculum*, עֲדֵי־עַד *vsq; in seculum* : אַחַר, & אַחֲרֵי *posteà*: טֶרֶם *anteà, antequàm, priusquàm*, בְּטֶרֶם idem.

¶ Ordinis: vt עוֹד *adhûc, præterea*: אַחַר *pòst, posteà*.

Loco

¶ Loco Aduerbiorum Numeri Hebræi vsurpant nomē פַּעַם, quod *vicem* significat: addito nomine numerali, hoc pacto: פַּעַם אֶחָד *vice vna, i.e. semel,* הַפַּעַם הַזֹּאת *vice hac:* Et cū ב, פַּעַם אֶחָד, בְּפַעַם, בְּפַעַם פַּעַם *semel & iterum:* פַּעֲמַיִם *duabus vicibus,* id est *bis.* שֶׁבַע פְּעָמִים *septem vicibus, h. e. septies, &c,*

¶ Personæ: vt אִתִּי *mecum,* עִמּוֹ *cum eo*: & de quibus in præpositionibus dictum est.

¶ Affirmandi & iurandi: vt כֵּן *sic, sanè, ita:* אָכֵן *certè, verè:* אָמֵן *fiat* & אֻמְנָם, & אָמְנָה *vere:* בֶּאֱמֶת *in veritate,* חֵי נַפְשִׁי *per vitam animæ meæ,* חֵי נַפְשְׁךָ. Sic, אִם *si,* per Aposiopesin vel Ellipsin, *si si cero, hoc, scilicet fiat,* vel *contingat mihi hoc* vel *illud malum:* Et Deo anthropopathos tribuitur.

¶ Con-

¶ Concedendi: vt יְהִי *sit* vel *fiat*.

¶ Negandi & prohibendi : vt לֹא *non*, אַל *ne*, אֵין & אַיִן *non*: בַּל *nequaquam*, בִּלְתִּי, *non, nisi, præter*, מִבִּלְתִּי. אֶפֶס *finis cuiusuis rei* : *sumitur etiam* pro *nihil, non nisi*: הַאֶפֶס *an non?* כְּאֶפֶס *tanquam non*, בְּאֶפֶס *dùm non, frustra*.

¶ Aduersandi: vt אַךְ *tamen, veruntamen*: אָכֵן *certè, forsan*: הֲרַק אַךְ *nùm tantùm?*

¶ Demonstrandi : vt הֵן & הִנֵּה *en ecce*: הִנֵּנִי *ecce ego*, vel *adsum*. הִנֵּה : &c.

¶ Declarandi: רוֹצֶה לֹאמַר: in commentarijs vsitatum sic ר״ל *vult dicere*, vel *volo dicere*, pro *id est, scilicet, videlicet*.

¶ Optandi: vt לוּ & לוּא: אַחֲלַי & אַחֲלֵי *vtinam, ô si*: הַאִם *si iam*: מִי־יִתֵּן *quis dabit?* pro *vtinam*.

¶ Hor-

¶ Hortandi, & obsecrandi אָנָּא, & per ה אָנָּה, & נָא *quæso, eia:* הָבָה *age, agite dùm:* בִּי נָא *mihi Domine mi, pro obsecro Domine.*

¶ Interrogandi: לָמָּה *quare?* & litera הֲ alijs vocabulis præposita, הֲלֹא *an non?* i. e. *númquid.*

¶ Interrogationes substantiæ, מִי *quis,* מה, & מָה, *quæ,* & *quod.*

¶ Qualitatis: vt אֵיךְ, & הֵיךְ *quomodo, qualiter:* & cum paragoge ה, אֵיכָה.

¶ Quātitatis discretæ: vt כַּמָּה *quot?*

¶ Causæ: עַל-מָה *propter quid?* מַדּוּעַ idem:

¶ Possessionis: vt לְמִי *cuius, cui.*

¶ Similitudinis aduerbia: כּ, כֵּן, כּוֹ, & כָּכָה, & כְּמוֹ *sic, sicut:* כַּאֲשֶׁר *quemadmodum, secundum.*

¶ Dubitandi: vt אוּלַי *forsan, forsitan:* פֶּן *ne fortè.*

¶ Quan-

¶ Quantitatis aduerbia: vt רַב, & הַרְבֵּה *multùm*, מְעַט *parùm*, זְעֵר *modicum*, מִזְעָר *pauxillum*, כַּמָּה *quantum*.

¶ Remissionis: vt מְעַט, & מִזְעָר *paulùm*: מְעַט מְעַט *sensim, pedetentim*: לְאַט *lentè*.

¶ Vehementiæ, seu Augendi: vt מְאֹד *valdè*, מְאֹד מְאֹד *vehementissimè*.

¶ Comparandi: vt יוֹתֵר *plus, magis*: & מ seruilis, vice יותר.

¶ Eligendi: vt לְבַד *solùm seorsim* אוֹ *aut*, זוּלָת *præter*

¶ Congregãdi: vt יַחַד, & יַחְדָּיו *simul, vnà, pariter*, כְּאֶחָד *sicut vnus*. Hûc etiam referri potest כָּל *omnis*.

Qualitatis aduerbia à nominibus fiunt absolutè, et Præposita litera ב, vt טוֹב *benè*, רַע *malè*, אֱמֶת *verè, verum, reuerâ*, נָכוֹן *æquè, verè*.

יָשָׁר *rectè*, בְּחָכְמָה *in sapientia i.e. sapienter*, בְּמִשְׁפָּט *in iudicio*, pro *legitimè*: לָבֶטַח *ad spem*, pro *confidenter*, כְּבִינָה *ad intelligentiam*, pro *sapienter*.

¶ Aduerbia gentilia: vt יְהוּדִית *iudaicè* עִבְרִית *hebraicè*, אֲרָמִית *syriacè* עֲרָבִית *arabicè*, יְוָנִית *græcè*, רוֹמִיִּת *Romanè, Latinè*, אַשְׁכְּנָזִית *germanicè, teutonicè*. Fiunt enim ex adiectiuis fœmininis.

DE INTERIECTIONIBUS.

Harum paucæ sunt: vt הוֹי & אוֹי אֲהָהּ & הָהּ, *væ*, אֲבוֹי *væ*, הִי & אִי *ô*, *heû*, הֶאָח *euge*, אֵיךְ & אֵיכָה, *ah*, *quàm*. Blandientis, אָנָּא, נָא, & cum ה אָנָּה, נָה *ô*, *eia*, quæ eadem optandi Aduerbia sunt.

De Syntaxi, IIII
ORATIONIS PARTE.

ETymologiam rectè ſequitur Syntaxis hoc eſt ratio coniungendarũ vocum, vt concinna inde pfectaq; exurgat oratio. *Eſt autẽ hæc, in hac lingua multo, quàm in Latina facilior, non ſolum quód Regulæ generales & naturæ eorum conuenientes, vtpote de adiectiuis & ſubſtantiuis, de verbis commodum vel incommodum, actionem & ſimilia, ſignificantibus, hîc quoq; locum habeant: ſed quòd caſuum nulla ſit apud Hebræos variatio, & literarum ſeruilium, affixorum, aliarumq; particularum indeclinabiliũ, cõiunct: præpoſitionũ & aduerbiorum miniſterio, variæ locutiones efficiantur:*

harum enim ſi quis ex tertia Grammaticæ parte rationẽ obſeruauit, maximam Syntaxeos partem tenet. Et hæc quoq; cauſa eſt, quòd & Hebræi, & latini qui hebræam Grammaticam ſcripſerunt, vel nihil omnino, vel pauca, ſingulariter de ea tradiderunt

Vt autem hac quoq; in re & memoriæ, & vtilitati Studioſorum conſulamus, analogiam præcipuarum Regularum Latinarum ſequemur: et quæ communia, quæué ſingularia habeat, et quomodo Latinæ locutiones hebræo veſtitu habituq; exornari debeant, oſtẽdemus.

I DE ADIECTIVO & ſubſtantiuo.

Adiectiui & ſubſtantiui eadem omninò quæ apud Latinos eſt ratio, vt genere, numero & caſu cõueniãt:

eadem

idem de pronominibus, participijs & verbis in quibus etiam ſexus obſeruatur ratio, iudiciũ eſt, vt איש חכם *vir ſapiens*, ארץ טובה *terra bona*, האשה היא *Mulier ipſa*, זה עני *hic afflictus*, קרוב יהוה *propinquus ominus*, מלאה הארץ *plena ſeu repleta eſt terra.*

¶ Obſeruatio 1. Quando maſculina nomina verbis, participijs & alijs dictionibus fœmininis iuncta reperiuntur, & cõtra fœminina maſculinis, tum vel elliptica eſt oratio, vel reſpectus ad aliud ſimile, quod in genere conueniat, vel maſculinum fœminino laudis gratiâ, & contrà fœmininum maſculino vituperij cauſa additur vt חזק המלחמה *fortè fuit prælium, pro* חזקה 2 Reg: 3. והיה העלמה *& fuit virgo pro* היתה &c.

¶ II In numeralibus hæc eſt ratio, vt numeris ſimplicibus ſiuę digitis ſubſtantiuũ plurale, Articulis verò ſiue compoſitis, ſingulare adiungatur, vt שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים *tres homines*, שְׁלֹשִׁים אִישׁ *triginta vir pro viri*, אַרְבָּעִים שָׁנָה *Quadraginta annus pro anni.* Reperitur tamen etiam שְׁלֹשִׁים שְׁקָלִים *triginta ſicli*, Exod: 21. Nomen duale, centum & Mille naturalem conſtitutionem retinent, vt שְׁנַיִם אֲנָשִׁים *duò homines*, מֵאָה אִישׁ *centum viri*, מֵאָה אֶלֶף *centum millia, &c.*

¶ III Collectiuum nomen ſępè cõſtruitur cũ adiectiuis et verbis pluralibus, vt הָעָם מְזַבְּחִים *populus ſacrificantes*, 1. Reg. 22. Sic כָּל הָאָרֶץ יִשְׁתַּחֲווּ לְךָ *omnis terra adorabunt te.* Pſalm: 66.

Sic

Sic contrà nomen plurale interdum cum singulari constructum inuenitur, quòd partitiuè exponendum Grammatici Hebræi docent, vt בנות צעדה *filiæ incedit, id est multæ filiæ vno ingressu, vel vnaquæq; filiarum*, Gen: 49. עיניו קמה *oculi eius stabat, rigauerat, caligauerat, pro vterq; stabat.* חכמות בנתה *Sapientiæ ædificauit*, id est *summa sapientia, omnibus virtutibus ornata.*

Pro relatiuo obliquo, eleganter admodum rectum, sequente post interuallum affixo, ponitur: vt Gen: 24 הנערה אשר אמר אליה *puella quæ dixero ad eam, pro ad quam dixero.* Gen: 28. הארץ אשר אתה שכב עליה *Terram quæ tu dormis super ea, pro, super qua tu dormis.* Gen: 41. אשר רוח אלהים בו *Qui Spiritus Dei in eo, pro in quo est Spiritus Dei.* t 3

REGVLAE SVBSTANtiuorum.

Subſtantiuum cum ſubſtantiuo eo modo qui ſupra folio 198 explicatus eſt, coniungitur, vt יִרְאַת יְהוָה *Timor Domini,*

ET reperitur nonnunquàm complurium Nominum in hac conſtructione ſeries, vt קְצִינֵי אַנְשֵׁי מִלְחָמָה *Duces virorum belli,* Ioſ: 10. Sic שֹׁכְנֵי בָתֵּי חֹמֶר *habitantes domos luti* Iob 4.

EXCEPTIONES ET OBSERuationes quædam huius Regulæ.

¶ I Regimen Genitiui fit etiam interdum miniſterio literarum ſeruilium שבלם vt מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל *locus quo cadet·* Eccleſ: 11

הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *Montes in Gilboa.* 2. Reg. 21.

למלין

קִנְצֵי לְמִלִּין *fines orationis.* Iob 18. לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם *Prophetis ex corde ſuo ſcilicet prophetantes.* Ezech: 13.

¶ II Subſtantiuum etiam ſine Regimine, ſaltem præpoſita litera ל poſteriori, iunctum reperitur, vt מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalmus Dauidis, הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו *Mors ſanctorum eius,* pſal: 116.

¶ III Reperitur etiam nonnunquàm Nomē antecedens extra conſtructionem, quod tamen propter affixum ſequens in Caſu genitiuo redditur, vt יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ, *Dominus in cœlo ſedes eius, id eſt, Domini ſedes eſt in cœlo,* pſal: 10. בְּנֵי אָדָם שִׁנֵּיהֶם חֲנִית וְחִצִּים *Filij hominum, dentes eorum ſunt lancea & ſagittæ,* Pſal: 54.

אֱנוֹשׁ כֶּחָצִיר יָמָיו *Homo ſicut fœ-*

num dies eius, pro, *Hominis dies, &c.* הֶחָכָם עֵנָיו בְּרֹאשׁוֹ *Sapiens ille, oculi eius sunt in capite eius.* Eccles:2.

¶ IIII Interdum etiam Adiectiua in Regimine substantiuis iunguntur, cum excellentia indicatur, vt אַדִּיר הָרוֹעִים 1 Reg: 21. *Inclytus, potentissimus pastorum,* חַכְמֵי יוֹעֲצֵי *sapientissimi consiliariorum.*

¶ V Eodem modo etiam adiectiua construuntur in Regimine, quę apud latinos Ablatiuum postulant, vt יְלוּד אִשָּׁה *natus mulieris*, pro muliere. נְקִי כַפַּיִם, *innocens manuum* pro *manibus.*

¶ VI Adiectiua quæ copiam, desyderium, similitudinem, notitiam memoriam, metum, & contra significāt, & apud Latinos genitiuo gaudent,

dẽt, cõmuni norma ſubſtantiuorũ in Regimine Genitiuum adſciſcunt, vt שְׂבַע יָמִים *ſatur dierum.* חֲסַר לֵב *deficiens corde.* Eodem modo etiam Ablatiuus inſtrumenti, cauſę, precij, deſcriptionis, laudis & vituperij effertur, vt חַלְלֵי חֶרֶב *vulnerati gladio.* שְׂמֵחֵי רָעָתִי *læti malo meo,* Pſal: 35. יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis,* Gen: 39.

¶ VII Quæ authoritatẽ, poſseſsionem, crimen aut innocentiam ſignificant, eleganter nominibus בַּעַל *Domini,* אִישׁ *viri,* רַב *Magiſtri* & בֵּן *filij,* in Regimine communi Regula ſubſtantiuorum, efferuntur, vt בַּעַל־הַבַּיִת *Pater familiâs.*

בַּעַל אִשָּׁה *Maritus* Exod: 21.

בַּעַל הַמִּלְחָמָה *Dux militiæ, &c.*

רַב הַחוֹבֵל *Magiſter nauis, Nauclerus,* Ionæ 1.

רַב־חֶסֶד *Multus misericordia,* Exodi 34.

Sic אִישׁ הַמִּלְחָמָה *Vir belli, potens bello, stratagematum militarium peritus,* Exod: 15.

אִישׁ שְׂפָתַיִם *Vir labiorum, .i. dicendi peritus, disertus,* Iob: 11.

Sic Nomen בֵּן Filij, pro varietate adiunctorum varia significat בֶּן־מָוֶת *Filius mortis, .i. morti adiudicatus,* בֶּן אֲבַדּוֹן *Filius perditionis, pro, Homo perditus. Filij nuptiarum* Marci 2. *conuiuæ nuptiales, &c.*

Eodem modo Nomen בַּיִת domus latissimè patet pro varijs adiunctis, vt בֵּית־לֶחֶם *domus panis, regio frumento abundans,* בֵּית־הַמִּדְרָשׁ *domus inquisitionis, .i. Schola,* בֵּית הַכְּנֶסֶת *domus congregationis, .i. templum, Ecclesia.*

clesia. בָּתֵּי נֶפֶשׁ *domus animæ, Thecula qua pomum Ambræ aut alia benè ſpirantia & refocillantia continentur.* Ieſa: 3.

בֵּית הַכֶּלֶא *domus carceris.*

בֵּית חַיִּים *domus viuentium* .i. *cœmiterium.*

Summâ, vſurpatur pro cuiuscunq; rei Theca, Manſione, Regione & omni ſpacio quo aliquid continetur, cum adiuncto, interdum etiam ſine adiuncto, quod tamen ex ipſo ſermone facile intelligitur.

DATIVVS CVM NOMINE.

Adiectiua quæ commodum vel incommodum ſignificāt, Datiuo iunguntur, vt טוֹב לַגֶּבֶר *Bonum viro* Thren: 3. מַר־לִי מָר *amaritudo mihi amara*, Ieſa: 38. מָתוֹק לַנֶּפֶשׁ *dulce animæ.* Reperiuntur etiam quædam

cum

cum præpositione, vt נֹפֶת מָתוֹק עַל־חִכֶּךָ *Fauus dulcis est palato tuo.* Prouerb: 24.

¶ Notandum præterea, substantiuum nomẽ vel etiam numerale repetitum, distributionem significare, vt, יוֹם יוֹם *dies dies id est per singulos dies*. Psal: 61. אִישׁ אִישׁ *vir vir id est quicunq;*, שִׁבְעָה שִׁבְעָה *septẽ septem, id est septenos, seu ex singulis speciebus septem,* Gene: 7.

¶ *S*ciendum etiam est, Hebræos sæpe & eleganter substantiuum loco Adiectiui & Epitheti vsurpare, & defectum adiectiuorum & deriuatiuorum, hac ratione complere, vt בָּתֵּי־חֹמֶר *domus luti pro luteæ*, Sic filius perditionis, pro perditus, &c. שֵׁבֶט בַּרְזֶל *virga ferri pro ferrea,* Psal: 2

Psal: 2. שֵׁבֶט מִישֹׁר *sceptrum recti-tudinis pro rectum*, Psal: 42. נֶםזָהָב *circulus auri pro aureus*, Prou:11. Et sic infinita alia.

¶ Deniq; obseruandum, Ellipses, Pleonasmos &, similes figuras in hac Lingua reperiri, vt מִשְׁפָּט צִוִּיתָ *Iudicium mandasti, deest* אֲשֶׁר *quod mandasti,* אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ *quem proijciet ventus eum* psal: 1. *vbi redundat* נוּ *eum.*

REGVLA VERBALIVM.

Verbalia nomina actiuę significationis, duplicem cōstructionem habent: vnam propriam quæ præcedente Regula est explicata, alteram impropriam, quam ex verbis mutuantur, vnde etiam verbaliter exponuntur, vt לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע

אֶת הַמַּחֲנוֹת *ad conuocandum cœtum & ad mouendum caſtra.* Num: 10 Sic כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדוֹם *ſecundum euerſionẽ Dei, Sodomam, h. e. quemadmodum euertit*, Eſa: 13 בְּחֶמְלַת יְהוָה אוֹתוֹ *propter indulgẽtiã Domini eum*, i. e. propterea quod parceret *Dominus ei:* Geneſeos 19. לְאַהֲבָה אֶת יְהוָה *ad diligendum Dominum*, Deut: 19.

SYNTAXIS VERBI.

REGVLA PRIMA.

Verbum finitum recipit ante ſe Nomen vel pronomen, eiusdem generis, numeri & perſonæ, vt אִישׁ הָלַךְ *vir ambulauit*, יְהוָה עָשָׂה *Dominus fecit*, אֲנִי יְלִדְתִּיךָ *ego genui te*, pſal: 2. Sæpè tamen pronomina, præſertim

primæ

primæ & ſecundæ perſ: per Ellipſin omittuntur, cũ nimirum per ſe notæ ſunt, vt אמר *dicam ego*, אָמַרְתָּ *dixiſti.*

¶ Verbum ſubſtantiuum vtrinq; Nominatiuum adſciſcit, vt הִיא הָיָה גִּבּוֹר *ipſe erat potens.*

Sed notandum, verbum hoc ſubſtantiuum הָיָה FVIT, tantũ in præterito & Futuro Nominib. iungi. In præſenti prorſus omittitur, vel loco eius vſurpatur יֵשׁ, quod quãuis formam Nominis potius, quàm verbi gerit, pro EST tamen & SVNT pro ratione adiuncti vſurpatur, vt אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Ego* IEHOVAH *Deus tuus ſc: ſum.* Exod: 20. בְּנִי אַתָּה *Filius meus tu ſc: es.* Pſal: 2.

יֶשׁ־עָוֶל *eſt iniquitas*, Pſal: 7.

יֵשׁ תִּקְוָה *eſt Spes*, Ierem: 31.

הֲיֶשׁ־לָכֶם אָב אוֹ־אָח. *Eſtne vobis pater aut Frater?* Vbi etiam notandum, eodem quoq; modo quo Latinum EST poſſeſsionem vt verbum HABET ſignificare.

¶ Habent etiam in hac Lingua locum Syntheſis, Appoſitio, zeugma, & ſimiles figuræ, vt אָבִי וְאִמִּי עֲזָבוּנִי *Pater meus & Mater mea dereliquerũt me*, Pſal 27. &c.

Cùm Nomini diuino, ſingulari, adiectiuum vel verbum plurale, vel contrà Nominibus pluralibus, adiectiuum vel verbum ſingulare iunctum reperitur: nõ Solœciſmum committi, ſed Myſterium Trinitatis Perſonarum in vnitate eſsentiæ diuinæ indicari, piè ſentiendum eſt, vt בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creauit Dij: eſt n. nomen* אֱלֹהִים *plu-*

ralis

ralis numeri, Gene: 1. אָנֹכִי יְהֹוָה אֱלֹהֶיךָ
Ego Dominus Dij tuus, Exod: 20.
יְהֹוָה אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *Ie-
houa Dij sancti ipse*, seu *est*, Iosuæ 24.

Similes loci multi reperiuntur, qui à Studiosis Theologiæ in lectione obseruandi sunt.

DE IMPERSONA-
libus.

Tertia persona præteriti & Futuri Actiui & Passiui, interdum impersonaliter vsurpantur, & aut constructione carent, aut consecutionē verborum suorum obtinent, vt לֵילוֹת עָמָל *per noctes laboratum est* יִקָּרֵא לָךְ עִיר־צֶדֶק *Dicetur tibi ciuitas iustitiæ* מֵעוֹלָם לֹא שָׁמְעוּ *à seculo non audiuerunt, pro auditum est*, Iesaiæ 64.

בַּיּוֹם הַהוּא יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מָשָׁל

וְנָהָה נְהִי׃ *In die illo leuabit (aliquis) super vos prouerbium, & lamentabitur lamentationem,* Mich: 2.

נִרְאָה *apparet, videtur,* אָמְרוּ בַּגּוֹיִם *Dixerunt inter gentes, pro dicebatur,* man sagt, Thren: 4.

Piget, tædet, Miseret, pœnitet & similia, quæ apud Latinos impersonalia sunt, in Hebræa lingua personaliter vsurpantur, & plerunque intercedente litera ב vel præpositione אֶל vel עַל nominibus iunguntur: vt קַצְתִּי בְּחַיַּי *tædet me vitæ meæ,* Gē:27 אֶתְקוֹטָט בִּתְקוֹמְמֶךָ *tædet me insurgentium contra te,* Psal:139. נִחַמְתִּי אֶל־הָרָעָה *pœnitet me mali,* Ierem:42. נִחָם עַל הָרָעָה *pœnitet (eum) mali,* Ioel: 2. כְּרַחֵם אָב עַל־בָּנִים רִחַם יְהוָה עַל־יְרֵאָיו׃ *Quomodo miseretur Pater*

filio-

filiorum, miseretur Iehouah timentium se, Psalm: 103.

VERBVM CVM *Genitiuo.*

Constructio verbi cum Genitiuo rarior est: reperiuntur tamen verba memoriæ cum Genitiuo, vt זְכוֹר יְהוָה לְדָוִד *Memento Domine Dauidis*, Psalm: 132. זְכוֹר עָנְיִי *Memento afflictionis meæ*, Thren: 3. Sed accusatiuus frequentior est, vt לֹא זָכַר אֶת־יוֹסֵף *non recordatus est Iosephi*, Gen: 40. &c.

VERBVM CVM *Datiuo.*

Verba commodi, fauoris, obsequij, fidendi, mandandi seu indicandi, deridēdi & similia, Datiuum personæ, & quædam etiam præter illum Ac-

cuſatiuum rei recipiunt, vt נָתַן לַעֲשָׂיו לֶחֶם *Dedit ei panem*, Gen: 34. מִי הִגִּיד לְךָ *quis annunciauit tibi?* Gen: 3. לֹא יַחְשֹׁב יְהוָה לוֹ עָוֹן. *Non imputabit ei iniquitatem*, Pſalmo 32. דּוֹמֶה דוֹדִי לִצְבִי *Similis eſt amicus meus capreæ*, Canticor: 2. אֲדֹנָי יִלְעַג לָמוֹ *Dominus irridebit eos*, pſalm: 2. *Et in illa inſigni ſententia*, Gen: 15. v. 6. duo exempla reperiuntur הֶאֱמִין בַּיהוָה וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה *Credidit (Abram) Domino, & imputatum eſt illud ei (ad) Iuſtitiam.*

Quædam tamen ex his etiam Accuſatiuo mediante præpoſitione iunguntur, vt יְהוָה אָמַר אֵלַי *Dominus dixit ad me*, Pſalm: 2.

VERBVM CVM ACcuſatiuo.

Verba Tranſitiua ſeu Actiua ſemper

per cum Accusatiuo construuntur, vt בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ: *In principio creauit Deus Cœlum & Terram* Gen: 1. יְרָא אֶת־יְהוָה בְּנִי וָמֶלֶךְ *Time Dominum fili mi, & Regem,* Prouerb: 24. הֵן אֱמֶת חָפַצְתָּ *Ecce veritatem dilexisti.*

Quædam tamen verba Transitiua & Datiuo, & Accusatiuo iunguntur: idque vel eodem in loco, vel in diuersis. In eodem, vt הָעָם בָּחַר לְנַחֲלָה לוֹ *populus (quem) elegit in hæreditatem sibi,* Psalm: 33. הִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ: *Benedicentur in Semine tuo omnes Gẽtes Terræ,* Gen: 26.

In diuersis vero locis diuersa significatione, vt שָׁמַר אֶת־הַדָּבָר *conseruauit rem aut verbũ,* Gen: 37. שְׁמַר־לְךָ *custodi tibi.* Sic רָאִיתָ אֶת עָנְיוֹ *vidisti*

disti afflictionem meam, psalm: 31. רָאָה יְהוָה בְּעָנְיִי *vidit Dominus afflictionem meã, vel attendit*, Gen: 29. יִרְאוּ־בִי *respiciunt in me*, Sic וַיָּסֶךְ יָם *clausit mare*, Iob: 38.

סַכּוֹתָה לְרֹאשִׁי *operuisti caput meum*, Psalm: 140.

Vbi obseruandum, verba illa transitiua, Datiuo iuncta, quandam Emphasin habere, & vel studium, vel iucunditatem quandam actionis indicare.

REGVLA GENERALIS.

Hæc tamen verba Transitiua, & alia quæ instrumentũ, causam, preciũ, & modum requirũt, verba item delectationis, sperandi, timendi, pellendi, segregandi, liberãdi, cessandi, abessendi, &c. cum nominibus, ministerio literarum seruilium ב & מ, aut

aut præpositionum construuntur, vt לָקַחְתִּי בְּחַרְבִּי *acquisiui gladio meo*, Gen. 48. הִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ *benedicentur in Semine tuo*, Gen: 26. יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *moderatur res suas in iudicio, h.e. certa lege & norma*.

תִּתְעַנַּג בַּדֶּשֶׁן נַפְשְׁכֶם *delectabitur in pinguedine anima vestra*, Iesa:55. הִתְעַנַּג עַל יְהוָה *delectare in Domino*, בְּטַח בַּיהוָה *spera in Domino*, בְּטַח עָלָיו *spera in eo*, psalm: 37. לֹא אִירָא מֵרִבְבוֹת עָם *non timebo à decem millibus populi*, psalm: 3. הֶרֶף מִמֶּנִּי *quiesce à me*, Deut: 9. תְּפַלְּטֵנִי מֵאִישׁ מִרְמָה *Eripe me à viro doloso* מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם *de manu inferni redimam eos*, Et נֹחַם יִסָּתֵר מֵעֵינָי *consolatio abscondita est ab oculis meis*, Hose: 13.

Hâc etiam pertinent verba, comparationem significãtia, quæ itidem

vt Nomina cum præpositione מִן vel מ verbis & Nominibus iunguntur, vt קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים *Minor sum cunctis misericordijs*, Gen: 32. קָטָנִּי עָבָה מִמָּתְנֵי אָבִי *Minimus meus (digitus) craßior est lumbis meis*, 1 Reg: 12. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא *Maior est iniquitas mea quàm vt remittatur*, Gen: 4

יִגְדַּל עֲוֹן עַמִּי מֵחַטַּאת סְדֹם *Maior est iniquitas populi mei peccato Sedom*, Thren: 4. זַכּוּ מִשֶּׁלֶג צַחוּ מֵחָלָב אָדְמוּ מִפְּנִינִים: *Mundiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores gemmis*. Item חָשַׁךְ מִשְּׁחוֹר *obscurior nigredine*. טוֹבִים חַלְלֵי־חֶרֶב מֵחַלְלֵי רָעָב *Fœliciores interfecti gladio, interfectis fame*. ibidem.

DE PARTICIPIIS.

Participia imitantur constructionem verbi, vt מְסַפְּרִים תְּהִלּוֹת יְהוָה

nar-

narrantes laudes Domini, Pſalm:78.

Cum verò naturam nominum induunt, eorum quoq; more conſtruuntur, vt שׁוֹפְטֵי אֶרֶץ *Iudices terræ.*

DE INFINITIVIS.

¶ Infinitiui ſubijciuntur tàm verbis, quàm Nominibus, ſignificatibus voluntatem, ſenſum, aut facultatem, vel abſolutè, vel cum literis בכלם, vt לֹא־יָכֹל מֹשֶׁה לָבוֹא אֶל אֹהֶל מוֹעֵד׃ *Non poterat Moſes ingredi in Tabernaculum Eccleſiæ*, Exo:40. לֹא אוּכַל לְבַדִּי שְׂאֵת אֶתְכֶם *Non poßum ſolus ferre vos*, item לֹא אֲבִיתֶם לַעֲלוֹת *Noluiſtis aſcendere*: itē טוֹב־הַדָּבָר אֲשֶׁר דִּבַּרְתָּ לַעֲשׂוֹת *Bona eſt res, quam dixiſti ad faciendum*, Deut: 1. צִוִּיתִיךָ לֵאמוֹר *præcepi tibi dicendo*, Gen: 3.

לֹא יָכְלוּ קוּם *non potuerunt surgere,* psalm:18. כָּל הַדְּבָרִים יְגֵעִים לֹא־יוּכַל אִישׁ לְדַבֵּר לֹא־תִשְׂבַּע עַיִן לִרְאוֹת וְלֹא תִמָּלֵא אֹזֶן מִשְּׁמֹעַ׃ *Cunctæ res laboriosæ, nec potest quisquam eloqui: non satiatur oculus videndo, nec expletur auris audiendo,* Eccles: 1. עֵת לָלֶדֶת וְעֵת לָמוּת. *Tempus nascendi, & tempus moriendi* Eccles. 3. *vbi plura eiusmodi exempla reperiuntur.*

¶ *Ex his & infinitis alijs exemplis videre est, quomodo Infinitiuus verbis & nominibus iungatur, & cum literis* בכלם *Gerundia & Supina constituat.*

¶ Notandum Infinitiuum suo verbo iunctum, Emphasin constituere, vt בֹּא יָבֹא *veniendo veniet, id est, certissimè veniet.* הוֹכֵחַ יוֹכִיחַ *arguendo arguet,* שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ *audite audiendo*

diendo, Iob: 13. קוה קיתי *expectando, expectaui*, psalm: 40. בכו לא־תבכה חנון יחנך לקול זעקך *Flendo non flebis, miserendo miserebitur tui, id est omninò non flebis, quia verißimé miserebitur tui Deus*, Iesa: 30.

¶ Quando verò Infinitiuus sequitur aliud verbum tertiæ personæ, tunc similiter & in eodem tempore, & eadem persona transfertur, vt האבות מנערים את־האש והנשים לעשות בצק *patres succẽdunt ignem, & mulieres ad faciendum pastam, pro, fecerunt pastam*, Ierem: 7. אילת בשדה ילדה ועזוב כי לא־היה דשא: *Cerua in agro peperit, & derelinquere (pro dereliquit) scilicet fœtum: quia non erat herba.*

¶ Infinitiuus nonnunquam in Nominum castra transit, & tunc ijsdem

dem cum illis legibus tenetur, vt אַתָּה יָדַעְתָּ שִׁבְתִּי וְקוּמִי *Tu cognoſcis ſedere meum & ſurgere meum, pro, ſeßionem & ſurrectionem meam*, pſalm: 139. בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁופְטִים *In diebus iudicare Iudices*, Ruth: 1.

DE TEMPORIBVS ET MOdis vtiles commonitiones.

¶ 1 Quia Hebræi vnicum tantum habēt præteritum, ſciendū eſt, quod pro exigentia rei & perfectum, & imperfectū aliquādo etiā plusquamperfectum tempus deſignet, ſupra folio 38. vt וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם מִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה׃ *Serpens verò erat callidior omni beſtia agri*, Gen: 3.

Meminiſse etiam oportet, Præteritum pro Futuro, & contrà Futurum pro præterito in narrationibus continuis, & propheticis non tam

elegan-

elegantiæ, quàm veritatis gratia crebrò vſurpari, de quo ſupra folio 26. Exempla præteriti in primis tribus capitibus Geneſeos multa occurrũt, וַיֹּאמֶר וַיִּבְרָא וַיְכַל וַיְבָרֶךְ וַיִּיצֶר וַיִּטַּע *Et dixit, & creauit, & perfecit, & benedixit, & formauerat, & plantauerat, &c.* Exempla Futuri pro Præterito, וְהָיָה כְּעֵץ *& erit ſicut arbor, &c.* pſalm: 1.

Sumitur etiam nonnũquam Pręteritum & Futurum pro præſenti, vt eodem in pſalmo. יֶהְגֶּה *meditatur,* אָמַר נָבָל בְּלִבּוֹ *Dixit ſtultus in corde ſuo,* pſalm: 14. &c.

Et quia Hebræi Subiunctiuo & Optatiuo carent, eos modos per Præteritum & Futurum adiectione quarundam particularum ſupplent, vt כִּי תוֹלִיד *Cum genueris.* Deut: 4.

כי תֵצֵא *cum egreßus fueris*, Deut: 20. אִם תִּקְטוֹל: *ô si occidas*. Optatiuum constituunt Aduerbia לוּ, אַחֲלַי ô si, vtinam, &c.

DE IMPERATIVO.

Imperatiui in Scripturis maximè deseruiunt præceptis affirmatiuis: Futurum verò præceptis negatiuis, vt כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ *Honora patrem tuũ*, לֹא תִרְצַח *Non occides: & alia plura*, Exod: 20. in Decalogo.

Imperatiuus etiam interdum pro Futuro vsurpatur, vt 2. Reg: 5. הָלוֹךְ וְרָחַצְתָּ שֶׁבַע פְּעָמִים בַּיַּרְדֵּן וְיָשֹׁב בְּשָׂרְךָ לְךָ וּטְהָר: *Vade & laua(te) septem vicibus in Iordane, & reuertetur caro tua tibi, ac mundabitur.* In hoc exemplo & Infinitiuus, & preteritum pro Imperatiuo, & Imperatiuus pro Futuro vsurpantur.

Verum hæc & alia, vsus Magiſter optimus docebit.

SYNTAXIS MILLOTH *ſiue Dictionum.*

DE PRÆPOSITIONIBVS.

¶ Præpoſitiones communibus legibus Nominum tenentur, & vel Affixa recipiunt, vel Nominibus, & Infinitiuis, vel Dictionibus aliis præponuntur, vt אֵלַי *ad me, &c.* עַל הָר *ſuper montem,* עַל־כֵּן *ſuper ſic, h. e. propterea* אַחֲרֵי מוֹת *poſtquam mortuus eſſet,* אַחֲרֵי־כֵן *poſt ſic, pro poſtea &c.* Quædam etiam literas miniſteriales à fronte recipiunt, vt מֵאַחֲרֶיךָ *de poſt te, hoc eſt poſt tergum tuum.* videantur ſupra folio 277. ipſæ particulæ.

DE

DE CONIVNCTIOnibus.

Coniunctionum eadem quæ apud Latinos est ratio et vsus: vt nimirum Nomina aut verba coniungant, aut orationem nouam superiori annectant, eamq; quasi condiant. Particulæ supra folio 280. habentur, & exempla vbiq; occurrunt.

DE ADVERBIIS.

¶ Aduerbia itidem, vt apud Latinos subijciuntur verbis ad explicandas circumstantias locorũ, temporum & similes: nonnunquam etiã Nominibus adduntur.

Videantur supra folio 282. variæ Aduerbiorum Dictiones & significationes, quarum exempla crebrò occurrunt.

Obser-

Obſeruandum præterea:

I Geminationem Aduerbij ſignificationem augere, vt מְאֹד מְאֹד *valde, valde, hoc eſt vehementiſſimè.*

II Multa aduerbia ex Nominibus præpoſitione literæ ב fieri.

III Notam ſimilitudinis, ſcilicet Literam כ vtrique Nomini eleganter præponi, vt in illa comminatione Ieſaiæ 24. וְהָיָה כָעָם כַּכּוֹהֵן כַּעֶבֶד
כַּאדֹנָיו כַּשִּׁפְחָה כַּגְּבִרְתָּהּ כַּקּוֹנֶה כַּמּוֹכֵר
כַּמַּלְוֶה כַּלֹּוֶה כַּנֹּשֶׁה כַּאֲשֶׁר נוֹשֵׂא בוֹ׃
Et erit ſicut populus ſic Sacerdos, ſicut ſeruus ſic Dominus eius, ſicut ancilla ſic domina eius, ſicut emens ſic vendens, ſicut mutuans ſic accipiẽs mutuum, ſicut qui fœnerat, ſic qui fœneratur.

IIII Quod R. D. Kimchi monet, probè animaduertẽdum, in Aduer-

bijs negandi, quæ, quibus Temporibus & Modis adhibeantur.

¶ אַיִן siue אֵין NON, iungitur omnibus orationis Partibus, exceptis preterito & Futuro, quibus solum adhæret, cum vice participij sumitur, & præterea rem incertam & indefinitam notat, vt וְאֵין רוֹאֶה וְאֵין יוֹדֵעַ וְאֵין מֵקִיץ *Non erat videns, nec aduertens, nec euigilans,* 1.Reg:26.

¶ לֹא NON, negandi est vox, & iungitur Nõinibus & verbis: adiuncta Futuris prohibet, vt in præceptis Decal: לֹא יִהְיֶה *non erunt, vel ne sint tibi dij alieni.* Nec admittit affixa, sed à fronte interdum recipit literas seruiles, ב ל, & ו. בְּלֹא *in non hoc est sine,* לְלֹא *ad non, vt non,* וְלֹא *& non, neq;.*

¶ אַל NE Prohibentis est, aliquan-

quando deprecantis & obsecrantis: communiter prohibet, raro negat, & Futuro iungitur, vt אַל־תִּירָא *Ne timeas*, prouerb: 3. præposito וְ, vt וְאַל *valet ne, nec.*

בַּל vehementius negat, & significat idē, quod Latinè *Nequaquā, Neutiquam.* בַּל־יָקוּמוּ *ne resurgant,* בַּל־יִכּוֹן *ne firmetur*, psalm: 140. Cum additione Iod בְּלִי significat *Non sine, absq;, præter.*

Et cum Epenthesi literæ ת, בִּלְתִּי *non, nisi, præter.* Et recipiunt à fronte ב, ל, מ & עַל: vt בִּבְלִי דַעַת *absq; scientia,* לִבְלִי־חֹק *præter morem.* מִבְּלִי *eo quod non,* עַד־בִּלְתִּי *donec non,* לְבִלְתִּי *vt non.* וּלְבִלְתִּי רָאוּ *& quod non viderunt sc: dicunt,* Ezech: 13. מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת לְהָבִיא *quod non potuerit ducere,* Num: 14.

Apparet autem ex his & similibus exemplis, quòd pro diuersitate locorum pro Aduerbijs & præpositionibus vsurpentur.

v Notanda sunt verba illa, quæ pro Aduerbijs eleganter & cum singulari gratia atque efficacia vsurpantur, vt sunt, רָאָה *vidit*, cuius Imperatiuus רְאֵה æquipollet Aduerbio הִנֵּה *ecce*, vt רְאֵה רֵיחַ בְּנִי *Ecce odor filij mei*, Gen: 27.

¶ שׁוּב *Reuersus est*, sequente proximè altero verbo, pro *rursum*, *Iterum*, *Denuò*, *rursus*, & verbis compositis cum præpositione inseparabili RE, vsurpatur, vt אָשׁוּבָה אֶרְעֶה *Reuertar pascam*, .i. *iterum*, *rursus pascam*, וַיָּשֻׁבוּ וַיָּבֹאוּ & *postea reuersi sunt*, & *venerunt*. 1. Sam: 1. שׁוּב שְׁכָב

Reuer-

Reuertere dormi.i.rurſum te confer cubitum, 1 Sam: 5.

אַתָּה תָּשׁוּב תְּחַיֵּנוּ *tu rurſus viuificabis nos*, pſalm: 85. הָשִׁיבָה לִּי *redde mihi*, pſalm: 51. אֹרַח לֹא־אָשׁוּב אֶהֱלֹךְ *Semitam non rurſus ambulabo*, Iob: 16. וָאָשֻׁב וָאֶשָּׂא עֵינַי *Et rurſus leuaui oculos meos.* Zach: 6.

¶ יָסַף *addidit, adiecit*, verbo iunctū, pro *rurſum, iterum, amplius, præterea, porró*, elegāter redditur, *vt*, לֹא אֹסִף לְקַלֵּל עוֹד *Non addam ad maledicendum vltra, .i. non amplius, vel nequaquam vltra maledicam*, Gen: 8. וַיֹּסֶף עוֹד לְדַבֵּר *Rurſus locutus eſt:* Gen: 18. וַיֹּסֶף אַבְרָהָם וַיִּקַּח אִשָּׁה. *Et addidit Abraham, & accepit vxorem, pro iterum Ab: duxit vxorem.*

¶ מִהֵר *Feſtinauit, pro citò, ſubitò,*

velociter, vt מִהֲרוּ שָׁכְחוּ מַעֲשָׂיו, psal: 106. v. 13. *festinarunt obliti sunt operum eius. i. citò obliti sunt,* מַדּוּעַ מִהַרְתֶּן בּוֹא *cur festinastis venire, pro, cur tàm citò venistis,* Exod. 2. מַה־זֶּה מִהַרְתָּ לִמְצֹא *quid hoc (quod) festinasti ad inueniendum, pro, quòd tàm cito inuenisti:* Gen: 27.

רָבָה *multiplicauit, pro multum, aut valde, crebro aliquid facere, vt* הַרְבֵּה כַּבְּסֵנִי *multiplica, h. e. multum aut valde laua me,* psalm: 51. הִרְבָּה לַעֲשׂוֹת הָרַע *multiplicauit ad faciendū malum, pro quamplurimum fecit malum, vel grauißimè peccauit*

¶ טוֹב vel יָטַב In Hiphil *benefecit,* iunctum verbo, pro aduerbio Benè vsurpatur, vt מֵטִיבֵי לָכֶת *benefacientes ambulare, pro, optimè incedentes,*

prouer.

prouerb:30. איש מיטיב לנגן *vir benefaciens ad psallendum, .i. benè sciens psallere*. 1. Sam: 16. היטבת לראות *benefecisti ad videndum .i. rectè vidisti.* Ierem: 1.

¶ קום *surrexit*, pro Aduerbio Hortandi seu excitandi sumitur, vt קום לך *Surge vade, pro Age, quæso vade*, Ionæ 1. קומה ונעלה *Surge .i. age ascendamus*. Iudicum 1. אקומה ואלכה *Surgam & ibo, pro, Age ibo.* 2 Sam: 3.

¶ יהב *dedit attulit*, similiter in Infinitiuo pro Aduerbijs, *Eia, Agè. Quæso, Sodes*, & id genus, sequente alio verbo, vel etiam solitariè positum vsurpatur, vt, הבה נלבנה *Agè laterificemus*, item הבה נבנה לנו *agè ædificemus nobis*: הבה נרדה

Agè descendamus Gen: 11. הָבָה־נָא אָבוֹא *Agè quæso ingrediar,* Gene: 38.

¶ Eodem modo Imperatiuus verbi הָלַךְ siue יָלַךְ *ambulauit* hortatoriè vsurpari solet. לֵךְ *vade,* לְכוּ *vadite, pro agè, agitè, Eia.* vt, לְכָה נַשְׁקֶה *agedum propinamus,* Gene: 19. לְכָה־נָא *agedum,* Eccles. 2. לְכוּ־נָא וְנִוָּכְחָה *Venite, eia, quæso nunc & disceptemus,* Iesa: 1.

Hæc & alia quæ huius Linguæ propria sunt, in S. Biblijs, ab ijs qui & intelligere & interpretari hebraicas phrases, & scribere hebraicè volunt, obseruari & notari debent.

SYNTAXIS INTERIECTIONVM.

Interiectiones paucæ sunt, & verbis

bis ac Nominibus, ad exprimendum Animi affectus adiunguntur, vt אֲהָהּ אֲדֹנָי יְהוִה *Abáh Domine Iehouah*, Ierem. 1. & in versu 25. Psalmi 118. quo nostram hanc Grammaticam concludemus:

אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא
אָנָּא יְהוָה הַצְלִיחָה נָּא׃

O Deꝰ auxiliare, et opẽ fer, mitte salutẽ:
Gratia successu cœpta sit ista bono.



NE PAGINAS VACVAS *relinqueremus, Additamenti loco Rationes inquirendi Radices, subycere placuit.*

REGVLAE INQVIRENDI Radices siue Themata hebræa.

¶ I *Meminisse oportet, omne Thema seu Radicem tribus tantúm constare literis Radicalibus: quarum nulla inter coniugandum aut declinandum deficit, quiescit, vel mutatur,* pag: 34.

¶ II *Scire oportet, In verbis tertiam personam præteriti, mascul: gen: singularis numeri pro Themate haberi,* pag: 35

III *Obseruanda est verbi in perfectū & imperfectū diuisio, & singulorum cōditiones, quæ supra* pag: 40. &c. *explicantur.*

¶ III *Oblata Dictione, quæ pluribus quàm*

quàm tribus literis constat: abyciantur à capite & fine, si vtrobiq; reperiantur, literæ seruiles, quæ supra pag: 20. &c. *reperiuntur.*

¶ IIII *Reiectis illis, remanebunt vel tres, vel duæ, vel vnica saltem litera.*

¶ V *Si tres remanserint quod sæpissimè fit, signum est, verbum illud esse perfectum. verbi gratia.* Nũ: 6. וְיִשְׁמְרֶךָ, *resecta à fronte litera* ו *quæ copulatiua est, & Iod, quæ nota est tertiæ personæ Futuri Temporis, & in fine litera* ךָ *quæ Affixa est, & significat* TE, *remanent,* שׁמר, *explicato Lexico reperitur* שָׁמַר *significare custodiuit,* &c.

¶ VI *Si duæ remanserint, indicium est, esse imperfectum, & vel defectiuum Pe Nun, vel quiescens Pe Iod, vel quiescens Ain Vau. In dubio itaq; constitutus præponat literam* נ, vt ab אֶפֹּל

cadam

cadam, resecto א manet פרל, addatur נ exurgit *Radix* נָפַל *cecidit. Vel si non inueniatur in Lexico in litera* נ, *addatur* י *à fronte, vt ab* וְרְעוּ, *abiecto* ו *quæ à fronte est copulatiua, & ו à fine nota pluralis numeri, remanent* רע, *adiecto Iod, exurgit Radix* יָדַע *cognouit. Vel inseratur inter vtramq; literam, Vau, vt* קָם, *cuius Radix est* קוּם. *Rarò enim in verbis 4 ordinis* ו *expressè scribitur. Vel postponatur litera* ה, *vt* וַיַּעַשׂ *& fecit, ab hoc si separentur* ו *& Iod, residuæ manebunt* עשׂ, *& quia nec* נעשׂ, *nec* יעשׂ, *nec* עושׂ *in Lexico reperitur, adiecto ad finem* ה, *prodit Radix* עָשָׂה *fecit.*

Vel deniq; reiectis seruilibus altera geminetur, & exurget Radix verbi 6. Ordinis : vt סֹלּוּ *calcate, reperitur in* סָלַל *calcauit.*

Cùm

¶ VIII *Cùm verò vnica tantum remanserit litera, tunc indicium est, esse verbum 7. ordinis, & præponendum à fronte* נ *vel Iod, & postponendum* ה. *vt* וַיַּכּם *& percusserunt eos, abiecto* ו *&* י *à principio &* ום *à fine, manet* כ: *addito verò à fronte* נ *& in fine* ה, *fit* נָכָה *percussit. Sic* וַיֵּט *& inclinauit, cuius Radix est* נָטָה.

¶ *Præterea sciendum, vnicum esse verbum quod amittit* ל *inter coniugandum* לָקַח, *à quo fit Imper:* קַח *accipe &c. Et vnum verbum* נָתַן *dedit, Nun à principio & fine abijcit, vt* תֵּת *dare.*

In summa, qui Radices expeditè inuestigare vult: necesse habet, vt literas Seruiles, verborum & nominum Accidentia, ordines, modorum, temporum,

nume-

numerorum, personarum, Affixorum & similium formationes & potestates, ac Dictiones consignificatiuas sibi familiaria reddat. Deniq; si fortè vocabulum occurrat, cuius Radicem inuenire non posit: peregrinum vel anomalon esse sciat: & eius rationem vel à doctiore quærat, vel illud prætereat, aut consignet, donec progresum aliquem ampliorem in ea Lingua fecerit.

Porrò qui non in mediocritate consistere, sed vlterius progredi cupit: is consilium Ciceronis secutus, Stylum, [qui optimus dicẽdi effector & Magister est,] sibi commendatum habeat.



ARGENTORATI,

EXCVDEBATVR OPERA IODOCI *Martini, Typis verò & Impensis Authoris.*

ANNO DOMINI M. D. XCI.

Errata quædam ſic corrigantur, P. Paginam, l. lineam notat titulo excluſo.

P. 48. l. 7 pro mandauit lege mundauit ſe. P. 50. l. 10. pro פְּקוּדְנָה *lege* פְּקֻדֵי *P. 111. l. 11. pro vltima legi prima. P. 117. piel verbi* מְצֵא *bis poſita eſt, P. 123. l. 13. pro He lege zere. P. 126. l. 13. pro* הרבה *lege* רַבֵּה*. P. 218. l. 7. poſt* מְנָיוֹת *adiunge partes, à* מָנֶה*. P. 219. l. 2. pro zere lege ſcheua. P. 244. l. 16. poſt lebes lege* דְוָדִים *&* דוּדים*. P. 254. l. 7. poſt Heemanthi, lege, vel quæ more 6. ordinis, &c.*

Quod ſi verò minutiora quædam fortè alicubi occurrant in quibusdam occernionibus, vel obſcurius punctum vel litera cōſpiciatur, facilè ex antecedentibus & conſequentibus animaduerti & corrigi poterunt.


ROMA



